

ria de per se non inducat incompatibilitatem cum alio beneficio incompatibili: latè Gonzal. ad Regul. 8. Cancel. gloss. 5. §. 9. à num. 94. Garcias de benef. 4. p. cap. 5. à num. 123. & ita videmus Episcopo inutili propter senectutem Coadjutorem dari, cui Ecclesia in partibus infidelium interim assignatur; ut his temporibus in Ecclesia Offensu D. Francisco Navarro de Lugi, primò fuit datus Coadjutor D. Petrus Balforga, per cuius obitum fuit datus D. Stephanus Delsmir cum futura successione, ambo tamen Episcopi Titulares interim fuerunt. Et hac ratione, ut omnis tollatur dubitatio, Episcopis istis ratione Congruè à Papa datur retentio beneficiorum antea possessorum; ut citatis Achill. decis. 2. num. 2. & 3. de elect. Navarr. conf. 21. lit. F. de praben. Mandol. in Regul. 26. quæst. 4. Paril. de vest. benef. lib. 3. quæst. 6. num. 49. defendit Ricciulus cap. 9. ne aliàs sicut cætera vacarent per ademptionem Episcopatus statim Consecratione sequuta, cap. cum in cunctis 8. §. cum verò, de elect.

117 Jamque ex dictis resolvenda venit questio, an dispositio loquens de Episcopo seu de Ecclesia Cathedrali, ad hos etiam extendatur? In qua breviter dicendum existimo, quòd cum Titularis verè & propriè sit Episcopus, ejusque sponsa Cathedralis, necessario extendi debet; imò comprehendì, ex Bald. in Auth. licentiam, Cod. de sacros. Eccl. Siman. de Cathal. instit. tit. 25. num. 12. Ricciulo cap. 10. n. 1. qui inde deducit, quòd quando in dispositione habetur ratio ad splendorem Dignitatis, tunc absque dubio habet locum; & hac ratione cause Criminales Titularium à solo Summo Pontifice cognoscuntur, juxta dispositionem Trident. sess. 24. cap. 5. de reformat. Siman. & Ricciulus supra, & eadem ratione cause Cathedralium istarum, sicut & cæterarum, ad Sedem Apostolicam sunt deferendæ; Monet. de commut. ultim. volum. cap. 11. num. 261. Secus autem esset si diversa militaret ratio, prout videre est si privilegium concerneret exercitium Jurisdictionis, quo caret Episcopus Titularis: cap. inter corporalia, de transitu. Prælat. qui indulgentias concedere non valet nisi subditis, cap. 4. de penitent. & remission. cap. 1. §. qu. 2. vide alia exempla apud Ricciulum d. c. 10. n. 3. & seq.

118 Majorem difficultatem continet investigare circa bona quæ sita ab Episcopo Titulari, cui scilicet acquiritur? Et quidem quòd ad præsentem Tractatum spectat, non eget disputatione, nisi tantum casu quo bona spoliolorum Episcoporum ad Ecclesias pertinerent Cathedralis, cum diversæ sint constitutiones locorum citata spolia: ut notavit Ricciulus d. cap. 10. nu. 7. docens de ea re extare optimam decisionem Ludov. 401. quæ de Ecclesia actualiter exercente Cathedralitatem loquitur: quare cum Episcopi hi sibi sicut cæteri acquirant, nec quæ sita Religioni, etiam si Regularis sint, acquirantur, ut ex Suarez observat Ricciulus d. num. 7. latè Solorzano in Polit. Indiar. lib. 4. cap. 11. vers. Ydemus deest, ubi plures citat fol. 592. vide eundem ex pag. 190. ergo acquiruntur alteri: sed Ecclesia ista Captiva jura sua non amittit, ut probavimus; ergo ad ipsam pertinent. Cui tamen interim tradenda sunt ista bona custodiam? dicas quòd persona seu curator debet deputari cui tradantur, exemplo minorum, quorum beneficio gaudere Ecclesias dubitandum non est.

119 Ergo ex supradictis satis superque constat, minus rectè aliquos Episcopos, Titulares hos Ecclesiasque istas Cathedralis in manibus Infidelium postas contemnere, cum ubicumque fuerit Episcopus, sive Romæ, sive Eugubii, sive alibi, ejusdem meriti est & Sacerdotii, quia potentia divitiarum, & paupertatis humilitas vel sublimiorem, vel inferiorem Episcopum non facit: cap. Legimus, 93. dist. unde rectè in vebrat contra illos, qui Episcopos colunt ex divitiis, pauperes vero contemnunt, Barbof. in Collect. ibi, num. 1. quòd idem de ipsorum Cathedralibus dicendum est.

120 Sed cum hanc questionem in Antonio Ricciulo citato loco invenire, sola ratione proposita supra pertractatam, eam postè accepti ab eruditissimo & sapientissimo Magistro omnium Magistrorum Hispanie D. Joannes de Solorzano in Politica Indiana d. lib. 4. cap. 11. vers. mas difficult ad

cum pluribus seqq. fol. 590. ubi eam ex professo pertractat, docens matrimonium verum spirituale contrahi inter hos Episcopos Titulares & suas Ecclesias, l. inter corporalia, de trans. Episcop. & per text. in cap. sicut alterius uxar, 7. qu. 1. & pluribus rationibus latè probat Anton. Diana resol. mor. par. 1. 2. tracl. 1. de Consecr. Episcop. resol. 51. quem omnino videas. Unde Episcopus Titularis sua renunciatione, vel aliàs Ecclesiæ suæ captivæ præjudicare non potest: Capycius decis. 200. per totam, Barbof. in Pastor. allegat. 114. nu. 22. Sanchez in summa, lib. 1. cap. 32. num. 68. plures apud Solorzan. qui veritorem dicit sup. in vers. y assi en terminos de nuestra questio: ubi latius questionem videre poteris. Ex quibus colligitur malè Riccium in praxi Episcoporum Titularium, resol. 437. tom. 2. judicasse non facere spolia hos Episcopos; quia bona non habent nisi ea, quæ acquirunt ex sua industria, vel patrimonialia: nam hoc probat ex his non facere spoliolum, secus autem est si bona spolio obnoxia haberent, ut supponitur in questione.

Nec in hac materia omittendum est, Captiva Ecclesia, Episcopoque pulso & ab ea ejecto, manere apud ipsum non solum ea quæ sunt Ordinis Episcopalis, cap. pastoralis, 7. qu. 1. sed etiam exercitium Jurisdictionis contra expulsores, eorumque consiliarios & fautores, ac inter subditos suos; servata forma Clem. 1. de foro comper. ut citato Navar. commen. 3. de Regular. num. 46. & Sanchez in præcept. Decalog. tom. 2. lib. 6. cap. 6. num. 27. tenet Ricciulus, lucubrât. Ecclesiast. d. lib. 2. cap. 4. num. 3.

Ex dictis inferitur, eandem ipsam Jurisdictionem manere apud ipsum Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, cum dubitare non liceat Capitulum succedere in omni Jurisdictione contentiosa, Sede Episcopali vacante, Rota apud Merlinum in Pampilonen. hris visitandis, 15. Decembris 1623. decis. 84. num. 2. & innumeris relatis tenet Barbof. de Canon. cap. 42. num. 61. de univers. hris. Eccl. lib. 1. cap. 32. eodem numero. Nec retrahimur ex impossibilitate modo procedendi: cum remanentibus Canonici, qui Capitulum constituere possunt, eo modo suo casu procedere possunt ac Episcopus, Territorium videlicet petendo ab eo in cujus sunt Jurisdictione.

Verùm scias Lector, differentiam in hac materia dari inter Episcopum & Cathedralium, de qua in præsentibus capite est sermo; etenim ut probavimus, Cathedralis non potest esse sine Episcopo actu vel habitu, Episcopus autem rectè potest consecrari absque destinatione Ecclesiæ vel civitatis, cum non repugnet suprema potestati Romani Pontificis aliquem affumere in Episcopalem Ordinem absque designatione Ecclesiæ, populi, vel Cleri, quæ omnia Jura sunt positivi; licet hoc rarissimè fieri debeat, cum repugnet universali usui: ut latius videri potest per ea quæ docet Antoninus Diana resol. mor. par. 12. tracl. 1. de Consecr. Episcop. resol. 77. Quibus ego addo hoc non esse novum in Ecclesia, quandoquidem ut supra ostendimus, initio populi Christiani, Episcopi universaliter designabantur, & universalem exercebant potestatem, licet divisim Diocesibus, unicuique suus fuerit designatus Pastor & Rector.

Verùm quia pluribus in locis diximus, Episcopos harum Cathedralium non carere Jurisdictione, sed exercitio, & quòd dato loco ubi Jurisdictionem exerceant, sicut cæteri uritur illius exercitio, notandum est dati Ecclesiam Captivam, cujus Cathedralis durat in alium translata locum: & quia Metropolitanam est, non solum omnia jura Cathedralia exercet, verum etiam jus Metropolitanum in Suffraganeos: ea est Nazareth Ecclesia, cujus Archiepiscopus licet Titularis sit, tamen Ecclesiam habet in Castro Baroli Tranenfis Diocesis in regno Neapolitano in Apulegia, sub invocatione S. Mariæ Nazareth, cum Capitulo, Canonici, & Clero, & intra dictam Ecclesiam habet Jurisdictionem, & utitur insignibus Archiepiscopatibus, ut omnia notavit Pyrrho Corrado à Terrano in praxi dispensationum Apostolicarum, post tractatum in cap. cuius titulus est, Episcopatum omnium totius orbis exacta descriptio, fol. 689. circa finem: cujus verba prius posuerat, eandem observationem notans, Barbof. in Pastor. tit. 1. cap. 7. fol. 366. Sic

Sic & etiam Episcopus aliquando reperitur, qui verè Episcopus consecratus est, & tamen nulli Ecclesiæ designatus, etiam ex his, quæ in partibus sunt Infidelium: ex cuius genere aliquando Chorepiscopi sebant, qui omnia munia Episcopalia exercebant, cum veri fuissent Episcopi consecrati: non sic alii Chorepiscopi, qui olim Presbyteri quidem in pagis aut oppidulis curam animarum gerebant loco Episcoporum, ut nunc ferè Parochi faciunt; ut optimè notavit Bellarminus in controversiis tom. 1. lib. 1. cap. 17. ubi de officio horum Chorepiscoporum tam consecratorum, quos loco Episcoporum Titularium hujus temporis esse dicit, quàm non consecratorum agit: de quibus videntur fuisse quæ diximus cap. 1. præcipue num. 142. ubi differentiam constituit inter Coepiscopos & Chorepiscopos; ita ut Episcopi senio consecrati Coepiscopi, potius quam Episcopi dentur, sicut etiam impeditis: de quibus omnibus pluribus exemplis videntur latè Hallier de sacris ord. & elect. tit. quot Episcopi ordinent, art. 2. §. 4. num. 30. quem omnino videas ex pag. 195. num. 23. cum seqq.

130 Nec incongrue hic dubitari poterit, an hi Episcopi Titulares, qui veluti Coadjutores Episcoporum senium vel debilibus dantur, seu quilibet alius intra terminos alicujus Episcopatus non sui editens, de licentia proprii Episcopi Pontificali exercens, mortuo Episcopo principali absque nova Capitali Sede vacante, illa omnia exercere possint? In quo breviter dico, quòd si à Capitulo Sede vacante revocata non fuerit facultas, illa rectè poterunt exercere, Ordines conferre, & omnia facere, quæ vivente Episcopo licite faciebant; nam gratia facta non expirat morte concedentis quando data fuit absque temporis præscriptione, eo modo quo Dimissis datus ab Episcopo postea mortuo potest quis ad factos Ordines promoveri; sicut etiam Dimissis Capituli Sede vacante, ingresso postea possessione novo Episcopo: de quibus omnibus latè Sanchez de matrim. lib. 8. disp. 28. num. 64. & 83. Portel. tom. 2. respos. moral. casu 71. num. 4. & seqq.

131 Circa obligationem celebrandi quotidie in Cathedralibus, de qua in c. 1. adolentes, de Celebr. Missar. cum aliis: dicas in his Ecclesiis dari simile præceptum quotiescumque commodè potest adimpleri ita ut stantibus Ecclesiis veluti illa de Nazareth, de qua sup. num. 138. absque dubio celebrandum est, ut ibi prædicatur; sin minus, si alibi celebrari potest, credo non cessare præceptum, cum certum sit; per ea quæ docet Daniel de Nobilibus in disput. seu controu. hris. tom. 1. disp. 44. num. 3. per hæc verba: Verum cum multis in locis vel ob bellorum ruinas, vel incendia diruerentur matrices, celebrari captum est in quibusdam Oratoriis seu Sacellis nondum consecratis, cap. Concedimus, 50. dist. in quibus tamen tractu temporis Concilium Agatense celebrari prohibuit in præcipuis anni festivitibus, in Natali scilicet Domini, Ascensione, & nonnullis aliis, ut tradit Contactus Benuus in tracl. de Cærem. lib. 4. cap. 1.

132 Diximus supra à num. 55. eundem honorem deberi his Episcopis Titularibus, qui debetur cæteris: unde etiam admitti debent ad Concilia Generalia, eo modo quo in Concilio Tridentino fuerunt admitti, Olaus Magnus Archiepiscopus Upsallensis in Suecia, & Robertus Venancius Archiepiscopus Armarchensis in Hibernia, quos Paulus Tertius suis sumptibus sustentabat; & idè de illorum assistentia Hæretici murmurabant, quorum cavillationem & malignam garrulitatem optimè & eruditè refellit Cardinalis Sforza Palavicinus in historia Concilii Tridentini, lib. 6. cap. 3. num. 6. imò residere tenentur Canonici & Episcopi, quoties id commodè fieri potest: & hac de causa in Bullis dispensatur residentia Episcoporum quousque à Metropolitanò vocentur, vel possint residere: de quo videndi sunt Pyrrus Corradus in praxi dispens. Apostolic. lib. 5. cap. 8. num. 6. Squillante de privi. Episcop. 1. p. cap. 2. num. 26. & seq. ubi num. 29. disputat quomodo hi Episcopi recinentes Canonici vacent in alia Cathedrali debeant sedere, & quo habitu residere: de quo suo loco Deo dante dicemus.

133 Sed tamen advertas tam Episcopos Ecclesiarum Captivarum, quàm earum Canonicos & Dignitates concurrentes cum Episcopis & Canonici populum habentibus, &

administrationem, esse ponendos in ultimo loco respectivè: etiam antiquiores sint: quia Dignitas cum administratione est major, sicut etiam cum Jurisdictione, & præcedere debet: latè cum pluribus Ferro Manrique de precedentis Episcoporum, quæst. 27. num. 7. ubi probat hoc idem procedere, etiam si habens administrationem sit minor non habente administrationem, seu in loco administrationis: per ea quæ dixerat qu. 4. num. 6.

Sed verò in bello justo fuerint captæ Reliquiæ, an justè retineri possint à captivibus absque onere restitutionis? affirmat Ferrando in disquis. Reliquiar. lib. 1. cap. 8. art. 3. quia Reliquiæ sicut alia transeunt omnia in captivem: sed contrarium docet latè Diana resol. moral. p. 10. tracl. 6. resol. 74. quia negat hoc procedere in bonis Ecclesiasticis, quæ non comprehenduntur in ratione communi Justitiæ belli: vide ibi latissimè.

CAPUT XXXIII.

De differentia, superioritate, & precedentia Ecclesiarum Cathedralium inter se.

S V M M A R I V M.

Christus Dominus quomodo sedavit contentione Discipulorum de superioritate inter ipsos, 1.

Divisio perniciosa, unio utilis: & quare, 2.

Seditio ex qua causari solet in communitate, 3.

Pace conservatur, discordia verò interit bonum publicum, 4.

Peccata Superiorum in exempla trahuntur, 5.

Peccata sunt maior a ex persona peccantis, 6.

Pape peccanti quomodo succurrendum, ibid.

Papam plures tenent Diabolus quam totum mundum, ibid.

Tituli & honores quando sint abiciendi, & quando conservandi, 7.

Santus Paulus quomodo de Apostolatu gloriabatur, 8.

Ecclesia Dei Milisiana ad modum Triumphantis ordinis Hierarchico disponitur, & quare, 9.

Honores quare conservandi, 10.

In celo unaquæque Hierarchia suum conservat gradum, 11.

Regina Sabba obstupuit Domum Salomonis ingressa, & quare, 12.

Ex ordine Dignitas uniuscujusque conservatur, 13.

Domitii Senatoris mirabile dictum, 14.

Craffi Senatoris dictum simile, 15.

Honor debetur Superiori, 16.

Humilitatis causa gradum publicum contemnere non est licitum, 17. 19. 24. 25. 54.

Quid in particularibus, 18.

Divi Hieronimi admirabile dictum, & stupendum miraculum, 19.

Humilitas ex quibus causis vitietur, 20. 24.

Honores armis possunt defendi, 21.

Humilitas quomodo custodienda in defendendo locum, & in adipiscendo, 22.

Ecclesie Cathedralis superioritati & loca honorifico non possunt renuntiare, 23.

Si minor præcedat maiorem, monstruosum, 24.

Contra affectantes primas Sedes an sit præsumendum, 25.

Episcopalis Ordo est sublimioribus Ecclesia, 26.

Superioritas Cathedralium ex quo originem habet, & quando incipit, 27. 37. 39.

Divisio Imperii Constantinensi inter filios, & quomodo facta, 28.

Superioritas Episcoporum, 29.

Augusta quibus privilegiis fungitur, 30.

Dignitas inter coniuges, 31.

Vir & uxor omnia debent habere communia, 32.

Mulier gaudet nobilitate viri, & quare, 33.

Argumentum valet à matrimonio carnali ad spirituale, 34.

Homo nobilitat Provinciam, non è contra, 35.

Coniux Principis cæteris præfertur, 36.

Capitulo Cathedralis communicantur privilegia Episcopi, in simul cum eo concurrenti, 38.

Inse-



jura non probant nec disponunt quod antiquiori, data paritate, præferat: ut pluribus citatis bene probat Ferro Manrique de præced. quest. 1. num. 21. & quest. 10. num. 4.

109 Unde jura ad regulas prælationis devenire oportet: Prima est antiquitas, nemini enim dubium esse potest, antiquiorem Cathedralium de jure moderniores præcedere debere, ut in terminis præcedentiæ deciditur in c. Episcopus, ubi DD. 17. distin. Doctores etiam in cap. 1. de maior. & obedi. & in c. quorundam, de elect. in 6. l. 1. ubi Bartol. & DD. de alio. scrib. l. 1. c. ut dign. ord. serv. l. 1. C. de Consol. lib. 12. lib. nores, C. de Decur. lib. 10. l. fin. C. de tyron. lib. 12. Chalfan. in Catalog. 4. p. confid. 36. Petrus Gregorius lib. 14. syntag. l. 1. cap. 21. Bellu. in specul. Princip. in princ. Matius Frechia lib. 1. de subseq. s. alia etiam, n. 8. Tiberius Decian. respon. 7. n. 4. & 47. lib. 3. Federic. Scotus resp. 2. 8. ex n. 10. Ferro Manrique cum pluribus de præced. qu. 4. num. 19. antiquior enim semper preceat, & ab eo sumenda est prælationis qualitas: latè Cofcia in dissert. jur. cap. de præced. num. 149. Svelves conf. 71. ex num. 11. in semic. 2. Marin. contrav. l. 2. p. 2. respon. 9. num. 3. ubi dicit, esse axioma Juris, & plura adducit: & in Doctore probant DD. in text. in l. cum quid sit certum petatur: c. Clerici, de judic. Chalfan. in Catalog. par. 10. conf. 29. & inter Canonicos text. in cap. 1. & cap. Episcopus, 17. distin. Boet. de auctor. Mag. Consil. num. 60. Barbof. in tract. de Canon. cap. 18. num. 11. cum seqq. & inter Monachos, Gloss. in d. cap. Quorundam, Anchar. conf. 210. Boet. sup. num. 67. & latè in præcedentia Eremitarum art. 2. conclus. 2. Burtat. conf. 343. q. num. 41. lib. 4. qui in præcedentia Confraternitatum loquitur: Jafon conf. 192. lib. 2. Ruyvius conf. 19. lib. 1. Menoc. conf. 51. num. 39. Decian. respon. 7. num. 47. & in præcedentia inter Ducem de Florentia & de Ferrara, Imola. conf. 167. Natta conf. 637. & 638. Craver. conf. 982. Cephal. conf. 615. Decian. respon. 19. vol. 3. Gigas conf. 70. Federic. Scotus respon. 28. lib. 6. Martar. conf. 26. & 27. Et de præcedentia nostri Invisissimi & Catholici Hispaniarum Regis semper Augusti, videndus Baldes tract. de auctor. Regum. & Reg. Hispanie, cap. 6. & ex causa Religionis ab antiquiori tempore plantatæ in aliquo loco, Chalfan. in Catalog. glor. num. 4. p. conf. 52. col. 2. Et hoc procedit in sessionibus, & in aliis actibus, l. Honoris, de Decurion. l. Tyrones, ubi Bart. C. de Tyronib. lib. 12. Felin. in rub. de maior. & obed. col. 3. & ex hoc deducit excellentiam Primogeniti, Tiraquell. in præfat. tractatus de Primogen.

113 Secundò præcedentia deducitur à consuetudine præcedendi: ut in Canonicis Regularibus tradunt Portius Imola conf. 164. num. 17. Menoc. conf. 51. a. num. 51. etiam si de jure contrarium procedat: Boet. de auctor. mag. Consil. num. 68. & cum pluribus Menoch. sup. consuetas enim præcedere, manuteneri debet: Corne. conf. 193. n. 14. lib. 2. Menoc. conf. 126. n. 3. Rota Bononiens. de præced. Ducis Floren. n. 7. & regulam de hac consuetudine in materia præcedentiarum primum locum obtinere, docuit innumeris citatis Ferro Manrique d. tract. de præced. q. 5. num. 4. juncta qu. 18. per totam, præcipue n. 2. Salgado cum innumeris de Reg. protecl. p. 2. cap. 9. n. 18. & ultra ibi citatos Bobadilla in Polr. lib. 2. cap. 10. n. 47. & 49. Cofcia latè in dissertat. l. 2. distin. de præced. n. 2. 4. & seqq. & num. 35. Svelves sup. ex n. 25. cujus licet tanta sit potentia, ut non possit consuetudine præscribi, quod minor præcedat majorem, quoad Canonicos & Beneficiatos probat Maranta p. 4. resp. 38. n. 13. & ideò consuetudinem attendi locorum in materia præcedentiarum, dicit Maranta per text. in l. fin. Cod. de Præfetto urbis: l. Obferuare 4. s. Ingressum autem, ff. de offic. Procurs. & pluribus decisionibus tam Sacre Rote quam aliorum Tribunalium citatis, tom. 3. resp. 52. n. 54. & seqq. Penna dec. 491. n. 4. juncta dec. 1408. n. etiam 4. secund. Lugd. Inproff. Præcedentia enim inferiorum super majores, irrationabilis est: ut idem Maranta d. resp. 38. num. 39. & 40.

115 Quare si consuetudo fuerit juri contraria ut major præcedat, qualis qualis sufficit: si vero fuerit juri contraria, plures tenentur talem consuetudinem non valere: ut innumeris relatis probat Ferro Manrique d. qu. 18. ex n. 7. sed tamen si fuerit præscripta spatio quadraginta annorum, va-

let: ut per Gratian. Seraph. & Marefcot. probat idem Ferro Manrique, n. 10. Seraph. des. 410. licet enim ut dicebat Maranta, talis consuetudo sit irrationabilis, tamen non valet, ex cap. ult. de consuetudine, ubi Doctores, & quæ potest esse ratio præscribendi, quæ arbitraria est: Judici: per Zevallas comm. contra a. comm. q. 39. s. final. Menoch. lib. 2. de arbitrar. centur. 1. casu 82. per totum, Ferro Manrique d. q. 18. num. 12. Qualitas autem quæ non repugnat, est præter legem: ex Seraphin. Navar. & Ferro Manrique n. 12. unde Collegiatæ urbis Romæ præcedunt Cathedrales, secundum Zevoll. in praxi, 2. par. verbo Canonica, versiculo 4. & diximus supra cap. 4. nu. 18. & 70. imò Canonici Germaniæ Ecclesiary Collegiarum, dicuntur habere Dignitatem, & illis committuntur causæ Apostolicæ, secundum Rebuffum & Riccium, quos sequitur Ferro Manrique q. 10. n. 3. quæ differentia Canonicoorum Romæ, non ex majoritate provenit, sed ex dignitate Urbis illius, & ex residentia Romani Pontificis, ut dicit Menchaca in præfation. controvers. Aluftr. n. 26. in fine, propter aliquem favorem de Deipara acceptum, datur prælatio minoris supra majorem: ut probavimus latè in tract. de univ. & perent. Cathedr. Casaragust. in Ecclesia Sancti Salvatoris, ex num. 60. cum seqq. & quod ratione alicujus adjuncti, vel privilegii, possit acquiri hac præeminentia, tradit Seraphin. dec. 716. Gratian. discept. 106. num. 7. & 8. & discept. 288. & diximus ibi, num. 66.

Unde ut consuetudo in his casibus operetur; Primò requiritur, quod non sit de facultativis. Secundò, quod sit præscripta modo supra dicto. Tertiò, in introducente seu consentiente voluntas ad consentiendum, & potestas ad autorandum & confirmandum, quæ reperitur, quotiescunque major pars Communitatis toleraverit, dummodò consuetudinis seu præcedentiæ notitiam habeant, qui præjudicium inde sentire possunt. Quartò, plures actus, ad minus duo conformes & similes; si enim aliquo actu interumpantur, nihil profum cæteri: sicut non prodesset possessio tam absque animo acquirendi superioteritate in acquirente, quàm amittendi in amittente; ut latissimè probat Ferro Manrique d. qu. 18. ex num. 17. ubi num. 21. optimè dicit, sententiam Judicis non requiri in hoc casu, nisi tantum ad confirmandam possessionem jam acquisitam. Cum ergo præcedentia non solum ex dictis, sed ex aliis à Ferro Manrique enumeratis cap. 24. num. 3. possit exortiri, mirum non est si præscribi possit.

Tertiò præcedere debent Ecclesiæ Cathedrales habentes privilegium à Sede Apostolica præcedendi, juxta notatam per textum illum in cap. Cum antiqua, de privil. cum enim privilegio acquiri possit exemptione, imò sit modus longè aptior consuetudine vel prescriptione, dubitari non potest, quod sicut Papa potest eximere, ita & privilegiare. Hoc tamen intelligas de Ecclesiis exemptis & immediate Sedi Apostolicæ subjeclis, de quibus loquitur textus in cap. Auctoritate, de privil. in 6. non verò de illis, quarum Capitulum quidem exemptum est, Ecclesia remanente subjecla: juxta notata latè supra cap. 30. de Eccles. Cathedr. exemp. differentia enim permaxima est, an exemptio sit pro tota Ecclesia, an verò pro parte: de quo videnda est optima decisio Laureana loquens in sancta Capella quæ exempta est, non verò Ecclesia: Farinac. in posthum. decis. 455. par. 2. quæ diximus d. cap. 30. ex ea. Illorum enim solus est superior Romanus Pontifex, qui de causis eorum potest cognoscere, d. cap. Auctoritate, de priv. in 6. & Legatus de latere, c. Si Abbatem, de elect. in 6. cap. 1. de verb. signif. eod. lib. cap. 1. de offic. Legat. Cosmus Guymier in prag. sanc. 2. tom. tit. de causis, s. Si vero, lit. B. fol. 28. in fine, & hac limitatione posita, ut præcedant Exempti, Sedi Apostolicæ immediate subjeclis, docet Chalfaneus in Catalogo, d. 4. par. conf. 24.

An verò habentes privilegium Cathedralium in hoc connumerantur ad sui relationem habeant sicut verè Cathedrales? exemplum reperitur in Monasterio Montis Castini Ordinis Sancti Benedicti, cujus Ecclesia est Cathedralis habitu: de quo est optima & singularis decisio Merlini 264. n. 8. Ducas negativè: licet enim hæc prærogativa detur illi

116  
117  
118  
119  
120  
121  
122  
123  
124  
125  
126  
127  
128

Monasterio, quia olim Cathedralis fuit, ut ibi firmatur, & privilegium Archiepiscopi poterat retinere & illud conservare, ut ibi deciditur: hoc tamen non influit in æquali sessione cum aliis Cathedralibus, quibus competit hæc prærogativa ex desponsatione cum Episcopo, quæ hodie cessavit in illo Monasterio, cum sit sub potestate Abbate, absque Episcopo & Cathedralitate actu: unde privilegium datum Cathedralibus, non est de fideis intelligendum: exemplo exemptionis datæ familiaribus, quæ de veris non de fideis intelligitur; juxta ea quæ latius cap. 30. de Eccles. Cathedr. Exempt. num. 142. resolvimus: & quod aliqua Ecclesia habeatur pro Cathedrali, quæ verè talis non sit, videndus Menoch. de arbit. lib. 1. casu 202. num. 134. & quæ diximus cap. 7. num. 62. supra.

In hoc tamen privilegio attendendus est tenor, ita ut privilegium particulare nihil operetur quoad Ecclesiam, sed privilegium debet esse ipsius Ecclesiæ: unde Canonici, qui Cardinales vocantur, veluti Compostellæ, Oveti, & Mediolani, præcedunt ut particulares in sessionibus extra Ecclesias aliorum concurrentes, secundum Montem de Consero. cap. 5. num. 122. & seqq. Ferro Manrique q. 10. num. 14. eorum tamen Ecclesiæ gradum firmo conservant, itaut Ovetensis sit Cathedralis, cæteræ verò Metropoles.

Major verò versatur difficultas in Ecclesiis captivis in manibus Infidelium positas, an secundum suum gradum præcedant: In quo dicas breviter versari differentiam permaximam inter Episcopos hoc Titulares & Cathedralium; cum Episcopus possit esse sine Cathedrali, Cathedralis verò non potest esse sine Episcopo: ex dictis cap. 32. de Eccles. Cathedr. Captiv. n. 136. & 138. Unde mirum non est, si tales Episcopi convocandi sunt ad cæterum Episcoporum, licet ultimi sedeat; juxta ibi dicta num. 21. & 55. & juxta ordinem sedent, hierarchico ordine retento; itaut Archiepiscopi præcedant Episcopos, ut d. num. 19. cum seqq. notavimus. Unde quæstionem resolvias distinguendo, vel est Ecclesia Cathedralis, vel non: si non est, quæstio evanescit, cum non entis nulla sit qualitas: l. Eius qui, s. ff. sicer. tum petatur, l. Si servus 4. s. ff. de action. empt. cum vulgat. si tamen fuerit Cathedralis, omnia conservat; itaut si fuerit Metropolitana, etiam jus Metropolitanicum ei debeatur, exemplo à nobis assignato de Ecclesia Nazareth in d. cap. 32. n. 137. quo casu dubium non est præcedere, & locum habere, sicut habent cæteræ: ex his quæ ibi notavimus.

Licet enim exercitium deficiat, tamen remanet dignitas in actu; cum possit redire ad pristinum statum: ut pluribus decisionibus resolvit Daniel de Nobilibus dispt. 75. num. 33.

Quartò inter æquales Ecclesias, dum non constat de superioritate, illa est præferenda quæ grandiori & digniori subest Superiori: quæ doctrina insimul procedit, tam in Episcopo respectu Archiepiscopi, quàm in Archiepiscopo respectu Patriarchæ. Unde Archiepiscopi, qui sub sunt Patriarchis, præcedunt secundum gradum ipsius Patriarchæ: ita cum aliis decidit Decianus resp. 50. num. 30. volum. 4. & resp. 19. n. 210. vol. 3. Leo in Thezaur. p. 1. c. 2. n. 27. & 28. Moneta de Consero. c. 5. n. 46. Ferro Manrique d. tract. de præced. q. 4. n. 18. & qu. 10. n. 4. ubi plures citat, qui omnes fundantur in decisione text. in cap. definitum, 22. dist. sed re vera ille text. de honore Patriarchis debito non auferendo tantum loquitur; sed tamen rationem defumunt ex præclaro honore, qui oritur ex qui Dignitatem accipit à majori; de qua idem Ferro qu. 1. n. 20. unde oriuntur prærogative; exemplo sumpto de Clerico ordinato à Papa, qui ad superiores Ordines ab alio inferiori promoveri non potest sine licentia ipsius Papæ: cap. Filium vestrum 122. in ordi. ne, 1. qu. 1. cap. Cum in distribuendis, de tempor. ordin. cap. Per tuas, ubi DD. de maior. & obediem. Barb. in collect. ad text. in d. cap. In distribuendis, de tempor. ordin. & in d. cap. Per tuas; & in Pastor. alleg. 50. num. 21. & de univ. l. 2. l. Eccles. lib. 1. cap. 3. num. 60. Cochier de Jur. Ordin. in exempt. p. 1. qu. 21. & exinde infert Gonzalez ad Reg. 8. Cancellaria, s. 3. proem. n. 116. cum seqq. talem Ordinatum à Papa præferendum esse Ordinato ab Episcopo. Quod etiam non ap-

placatur, cum honor Cathedralium ab erectione dependat, quæ est de reservatis Papæ: ideoque ipse solus potest eas erigere: ut latissimè probavimus sup. cap. 3. quis Cathedralis Ecclesias erigere potest: cum enim tam erectio quàm subjeclio Patriarchæ pendeat à Papa, Dignitas æquè in uno ac in alio ab ipso Papa non à Patriarcha accipitur. Quare denique ex superiori capite præcedentiam deducunt, quæ ratione Cathedrales ait Ferro Manrique præcedere tam in d. cap. 4. num. 18. quam latius cap. 24. n. 1. Verùm nec hæc ratio mihi probat, non enim ut latè probavimus in princ. ex Capite Episcopo tantum venit hæc prærogativa, quia Episcopus aequè est Caput Cathedralis Ecclesiæ, ac omnium suæ Diocesis, sed etiam ex desponsatione particulari quàm habet Episcopus cum sua Cathedrali, ex qua honor ipsi tamquam sponte communicatur. Unde cum hæc deficiat respectu Archiepiscopi in Cathedrali, & respectu amobum in Patriarchali, non est cur de ea faciendum sit judicium. Ex quibus illa mihi melior ratio videtur, quod cum Exemptione melioris Superioris, cui sub sunt, præcedant inter duos ejusdem gradus, ut supra latè probavimus, ita hi qui majori Patriarchæ sub sunt, eodem modo præcedant.

Comprobatur etiam ex Quinto motivo prælationis, idest præcedere debere inter duos ejusdem gradus illum, qui qualitatem alicujus Dignitatis habet: ut post Boer. de auctor. Mag. Consil. n. 60. Chalfan. in Catalog. p. 4. conf. 21. docet Ferro Manrique d. q. 4. n. 19. & dixerat q. 9. n. 1. Quæ ratione Archiepiscopus Compostellanus præcedere intendit cæteros Metropolitanos Hispaniæ, Toletano excepto, quia est Capellanus major Catholicorum Regum Hispaniæ: & re vera tam ipse, quàm Hispanensis Ecclesiæ Præfult antecellunt cæteros Archiepiscopos cæteraque Ecclesiis: cum tamen quod Hispanensis & Compostellana Ecclesia alternat honorem præcedentiæ in sessionibus. Sed tamen advertere oportet, qualitatem solum operari præcedentiam in actu qualitatis, si est particularis, veluti in Cardinalibus, Camerario, Penitentiario, & Cancellario, qui in Territorio suo omnes alios præcedunt, ut per eundem Ferro Manrique q. 13. n. 3. & hac ratione Subdiaconi in Capella Papæ præcedunt Auditores Rote, quia sunt in actuali servitio Papæ, ut notavit Carolus Maranta p. 4. resp. 38. n. 22. ex Gratiano discept. forens. discept. 345. n. 47. ubi latè de omnibus modis præcedendi. Quare dum non constat de antiquiore Cathedralitate, præcedentia fumenda est ex loco in quo Cathedrales erectæ sunt: ita ut insignioris Civitatis Cathedralis præcedere debeat: ut in Syndicis earum probant Decius in cap. Clerici, volum. 6. de judic. Chalfan. in Catalog. glor. mund. par. 5. confid. 55. & ideò Civitates, quæ appellabantur Conventus Juridici, erant nobiliores inter Romanos: inter quas nostra Casaragusta quinquaginta & duobus præfidebat populis, teste Plinio lib. 3. naturalis Historia, cap. 3. earumque Cathedrales, cæteras præcedebant, exemplo Ecclesiæ Alexandria, quæ est modernior Antiochia, & illa Casaræ, quæ est Metropolis Palæstine, quia Romani eam elegerant pro Conventu Juridico. Baronius tom. 1. Annalium, anno 39. fol. 263.

Sed tamen de his non esse multum curandum credo: cum qualitates sint extrinsecæ, & non influant in prærogativam, ex pluribus. Et primò, quia certissimum est, quod magnitudo Diocesis non supponit pro præcedentia, sicut nec divitiæ seu paupertas nihil ad hanc rem conferunt. can. Legimus, 93. dist. ibi: potentia divitiarum, & paupertatis humilitatis, vel sublimiore vel inferiore Episcopum non facit. Cæterum omnes Apostolorum Successores sunt. Ex quo Cardinalis Alex. ibi, in fine, & Turcrem. n. 10. ibid. Petrus Gregorius de re benef. cap. 14. n. 4. apud Barbof. in collect. num. 2. ad improbandum ab usum eorum, qui Episcopus divites venerantur & colunt; pauperes verò despiciunt. Unde apud populares tantum vilescunt hæc Dignitates in villis & pagis, non verò apud doctos & honestioris conditionis viros, apud quos eadem semper est Dignitas: de quibus videndus text. in c. Episcopi, cap. Præcipimus, 1. 6. qu. 1. de privil. junctis his, quæ notavimus cap. 4. an Ecclesiæ Cathedrales in quocumque loco erigi possunt, num. 13. quare hanc opinionem

139  
140  
141  
142  
143  
144  
145  
146  
147  
148  
149



secundum exemplar sibi monstratum: Gloss. in Clem. ad no-  
stram, ubi exemplar, de heret. c. Ecclesia Paradiso compa-  
rata, de Consecr. dist. 4. plures apud Valenzuela. conf. 34.  
ex num. 11. de qua conformitate Dominus ipse caelorum  
conditor dixit, Job cap. 26. Numquid nostri ordinem caeli, &  
rationem eius ponas in terris: ubi B. Gregorius in gloss. ait:  
Ordo quidem caeli in terra ponitur; hoc est in militanti Ec-  
clesia, cum triumphanti Ecclesia exemplari militans dispen-  
satur & formatur: est optimus text. ad propositum in cap. ad  
hoc, 89. dist. ubi ita statuitur: Ad hoc dispensationis divina  
provisio gradus diversos, & ordines constituit esse distinctos, ut  
dum reverentiam minores potioribus exhiberent, & potiores  
minoribus dilectionem impenderent, vera concordia foret; & ex  
diversitate contextio, & recte officiorum generetur administra-  
tio singulorum. Neque enim universitas, alia poterat ratione  
sustineri, nisi huiusmodi magnus eam differentia ordo servaret.  
Quia vero quæque creatura, in una eademque qualitate  
gubernari vel vivere non potest, caelestium militiarum exemplar  
nos instruit; quia dum sunt Angeli, & sunt Archangeli, liquet,  
quia non sunt æquales, sed in potestate, & ordine (sicut nobis)  
differt alter ab altero: & pluribus probat Valenzuela conf.  
34. num. 1. & seqq. Svelves proximè citatus ex num. 1. & seqq.  
qua ratione ad exemplum triumphantis plures esse institutos  
in Militanti constat ordines, eorum varietatem distri-  
buram, fortitudinem & venustatem sanctæ Ecclesiæ Dei  
manifestantem: & hac de causa non ambitionis stimulo,  
sed ut iustitia suadente quod suum est unicuique ferretur,  
ex diversis Juribus, & Sanctorum testimoniis licere, & fieri  
deberet, latè probat Boerius de ordi. gra. ubi for. p. 1. num.  
1. & seqq. Valenzuela conf. 1. num. 1. & seqq. & conf. 34. in  
princ. Gratian. dist. 85. ex num. 1. plures apud Danielelem  
de Nobilibus disp. 44. in princ. Unde mirum non est, si  
eo modo quo in Cælesti Jerusalem unaquæque Hierarchia  
suum servat gradum & majoriam, ita in diversitate Mini-  
strorum, & Ecclesiarum, debita ferretur majestas, &  
commendetur, exemplo domus Salomonis, cujus compo-  
sitionem & ordinem aspiciens Regina Saba obitupuit, ut  
habetur 3. Reg. cap. 10. ex quo ordine, in sessione dignitas  
uniuscuiusque servatur, cap. olim, de consuet. Tinaquellus,  
& alii apud Tamburinum de Iure lib. 20. 1. dist. 2. in princ.  
Qua ratione Domitius Senator cuidam Principi, ut par erat  
eum non tractanti optime dixit: cur ego te habeam ut Principem,  
cum tu non me habeas ut Senatorem? ex Divo Hieronymo  
referunt in c. esto subiectus, 95. dist. cui adde Bobadillam  
in polit. lib. 2. cap. 16. num. 98. quibus etiam convenit illud  
Crassi primi Senatoris: Non es mihi Philippe Consul, quia nec  
tibi ego Senator sum: ut referunt Valerius lib. 6. cap. 8. &  
Cicer. lib. 3. de Orator. unde honor licet debitus sit Superi-  
ori ab inferioribus, ita etiam respectivè de converso: i. potio-  
ris, §. 1. de offic. Rector. Provenc. juncto Gratian. dist. 284.  
num. 19. & 20. cum ergo Cathedrales sint Superiores, ip-  
se debent in suis sessionibus & præminentibus exemplar esse  
inferioribus: non enim hoc casu laudanda est humilitas,  
ideò quod pretextu humilitatis, Dignitatis gradum  
& superioritatem contemnat Ecclesia, eo modo quo in  
particularibus licet, de quibus videndum exemplum con-  
tentionis inter Patres Capucinos, & Jesuitas Salmantica  
habitum in concurrentia exequiarum Margaritæ Reginae,  
in quo Capucini obtinuerunt ut inferiori loco sederent:  
de quo Salgadus de potest. Reg. p. 2. cap. 9. nu. 42. sed fumen-  
dum est exemplum D. Hilarii, qui loco sibi debito in Syno-  
do negato, ex eo quod vel tardius, vel non vœtatis ad-  
veniret, cum nec habere potuisset, humi sedere voluit  
quod cum fecisset, rem Dominus maximo confirmavit mi-  
raculo, terra in altum elata sedem digniorem præbente:  
cui cum diceretur, nonne tu es Gallus? respondit mode-  
stè, ego non sum Gallus, sed Episcopali munere fungor in  
Gallia: ostendens ex eo sibi debitum esse locum: ut referunt  
Gratianus dist. 284. nu. 52. multis enim & pluribus causis  
vitiatur humilitas: de quo est text. optimus in cap. nisi, §.  
porro, de re nunt. Navar. in cap. inter verba, §. conclus. 1. 1. q. 3.  
Flamin. Partif. de reg. benef. lib. 5. qu. 3. num. 227. cum seqq.  
Quare honorem propria autoritate & armis posse defendi,  
dixit Guillel. Bened. in c. Raynatus, verbo duas habens

filias, num. 21. de testam. tunc enim veram humilitatem  
custodes, cum & per eam locum sublimem fugies, & per  
eam locum sublimem fugies, & per obedientiam non di-  
mittes, verba sunt text. in cap. nisi, §. verum, de renun. cer-  
tum enim est esse gradus honorum in Ecclesia, & non om-  
nes esse æquales: Gloss. in Extravag. Excecrabili, verbo qui  
mendicant: Joannis XXII. de praben. Fufcus de visit. lib. 1.  
cap. 2. num. 7. Valenzuela conf. 1. num. 4.  
Ergo Cathedrales superioritati & loco eis debito renun-  
ciare nec debent nec possunt, cum sit privilegium concessum  
Dignitati, quod cessibile non est, latè Còlcia in dissert.  
lat. disertat. de præceden. n. 11. 14. & seq. & melius nu.  
20. 22. & seq. & n. 64. in puncto, & hoc casu quod minor  
præcedat majorem, potius ex vœcordia & contra humilitatem  
esse dixerunt Gloss. in Clem. 1. de religio. domibus, ver-  
bo humilitatis: & habetur dist. 93. & pluribus docet & Daniel  
de Nobilibus disp. 44. num. 40. ubi ex num. 39. latè disputat  
quomodo sit dammabilis hæc falsa humilitas. Unde mi-  
rum non est, si hac de causa tot lites exciterent: ut nota-  
vit Daniel de Nobilibus dist. disp. 44. post principium. Si  
autem scite cupias an sit præsumendum contra affectan-  
tes primas sedes? dicas affirmativè: ex Gigante de resi-  
den. Episcop. ex num. 10. & 11. Daniel de Nobilibus ubi  
proximè. Quare jam ad motivum hujus prælationis de-  
venire oportet: non enim dubium est inter gradus Eccle-  
siasticos primarios, consummerari Episcopalem: in su-  
blimi enim sunt Episcopi, ex can. in novo, 22. dist. in  
juncto Guindelino disto lib. 6. de Iure novissimo, cap. 3.  
Unde cum hac prælatio, & superioritas originem ha-  
beat ab Episcoporum potestate & ordinatione, consequens  
est ut eorum sponse hoc est Cathedrales ab eorum autho-  
ritate & superioritate mutentur honorem & præminen-  
tiam; non ita ut ab Episcopo sponso aliquid tollatur, sed  
ut ita dicam eo modo quo Constantinus Imperator post  
donationem Ecclesiæ factam inter suos liberos imperium  
divisit, Orientis videlicet & Occidentis, per quam divi-  
sionem nihil subtrahit, sed tantum eos constituit in pari  
potestate, non tam potestate ipsa, quam administratione  
divisa: ut ratiocinatur Guindelinus dist. lib. 6. cap. 2. n.  
21. ita suo modo divisa fuit superioritas Episcoporum,  
non ut aliquid eis tollatur, sed ut administratio in certis  
communicetur Cathedrales, reservato imperio summi  
Pontificis: exemplo sumpto de Augusta, quod privilegio  
Augusti fulgere debet, l. si August. ff. de legat. 2. l. femine  
ff. de Senat. Traquel. in l. 1. communi. num. 8. Ferro  
Mantique de præceden. Eccles. quaest. 24. num. 1. & de Jure  
Canonico est text. in cap. quamvis, el. 1. ibi propter ipsius  
honorem, ubi DD. de praben. in 6. dignitas enim & felici-  
tas superveniens inter conjuges communis est; atque ca-  
ratione uxoris maritorum dignitatem participant, l. si li-  
beram 23. & ultima, Cod. de nuptiis, ubi Barbof. plures ci-  
tat in collect. pag. 371. Solozz. de paricid. lib. 2. cap. 13; ubi  
notat quod de Jure Romanorum sponse jubebantur dice-  
re, Vbi tu Casus, Ego Casus: quasi cum viro pacifceretur  
uxor, omnia inter eos communia esse debere: ex quibus  
mulieres nobilitatis jure gaudere, si Nobilitas nuptierint,  
exat dispositio in l. 18. tit. 14. lib. 6. nova recopil. Barbof.  
num. 3. qui num. 4. rationem reddit ex dist. l. si libertam  
ut ubi ex una radice multiplex vitium nascitur, conse-  
quens est ut eadem lege tollatur 3. Gonzal. ad Reg. 8. Can-  
cel. gloss. 34. num. 95. unde cum argumentum valeat de ma-  
trimonio carnali ad matrimonium spirituale, cap. inter core-  
porata 2. de trans. Episcopi, merito Ecclesiæ Cathedrales  
superioritas debetur ex sponso Episcopo, ex quo nobi-  
litanter sponse Ecclesiæ; ex regula docente, quod ex  
dignitate hominis splendor accedit provincie, non verò  
dignitas hominis ex provincia oritur, Mathæus Stephanus  
de herid. dist. p. 1. cap. 6. num. 31. plures apud Othonium de  
axiom. lib. 4. cap. 24. in princ.  
Hinc est quod conjux magni Principis præferenda est  
cæteris inferioribus, tamquam particeps dignitatis sui vi-  
ri, cujus radiis coruscet & fulget; l. si Augustia, ff. de leg. 2.  
Lucas de Penna in l. mulierum, num. 11. & 19. Cod. de  
dign. lib. 12. & aliis citatis videndus Ferro Mantique

de præceden. Eccles. quaest. 24. numer. 1.  
37 Jam ergo ex dictis patet, præminentiam & superiorita-  
tem hanc originem ducere ab Episcopo sponso, qui in Ca-  
thedrali sedet: ex text. in cap. sicut vir, 7. quaest. 1. cap. ne pro-  
desit, de elect. juncto text. in d. cap. quamvis, el. 1. ibi, pro-  
pter ipsius honorem, de præbendis in 6. juncto Deciano respons.  
50. num. 30. vol. 4. Ferro Mantique dist. num. 1. qua ratione  
omnes prærogativæ, & omnia privilegia Episcopi de Jure  
communicantur Capitulo Cathedralis, quando intervenit  
cum Episcopo ad ejus personam integrandam; ex Innocent.  
38 in cap. dilecti, in princ. de maior. & obedi. & in cap. cum non  
liceat, 3. notabili, de prescript. Riccius in praxi Eccles. tom. 2.  
praxi præceden. dignitat. resol. 361. nu. 7. secund. modern. im-  
press. & ideò Ecclesiæ omnes inferiores de Diœcesi obedien-  
tiam, & reverentiam Capitulo Cathedrali sicut Episcopo  
debent: Patet in cap. cum non liceat, num. 2. de prescript.  
39 Riccius supra, resol. 392. num. 5. Ex qua doctrina deducitur  
nullatenus hanc præcedentiam habuisse Ecclesias in primi-  
tiva, sed post tempus Constantini: ex quo enim non erat  
illis temporibus divisio Ecclesiarum, ac per consequens  
non erat matrimonium Episcopi cum aliqua particulari,  
sed in omnibus aequè sedebat Episcopus ad quem cura &  
administratio bonorum Ecclesiæ pertinebat, & secundum  
merita unicuique tribuebatur; ut latè probavit sponso cap. 2.  
per totum, quando Ecclesie Cathedrales inceperunt: non item  
erat sponsa particularis Ecclesia, cum qua matrimonium  
spirituale Episcopi, ex quo ortum habet superioritas, daretur;  
consequens ergo erat quod omnes præcederent, quod  
impossibile erat, non una tantum, sicut hodie.  
40 Sed quia diximus Ecclesiam militantem adinstar Trium-  
phantis comparatam fuisse, convenientiam hujus præla-  
tionis videamus, quam conicere de facili possumus ex D.  
Dionysio de Ecclesiastica Hierarchia, cap. 6. ubi affirmat  
principio creationis fuisse ordinarios & distinctos Angelos  
in tres Hierarchias, quamlibet verò in tres gradus, ordines,  
41 vel choros: unde cum hierarchia idem fit quod sacer prin-  
cipatus, necessario includit Principem, & multitudinem  
sub Principe. Tres verò Hierarchia veluti tres modi sunt  
42 recipiendo illuminationes, de quibus videndus S. Th. 1. p.  
q. 112. art. 4. & quo diximus cap. 1. n. 25. & 26. licet etiam Ec-  
clesia militans alios tres quasi gradus instituit Episcoporum  
43 id est ordinem Patriarchalem seu Primaticalem, Ar-  
chiepiscopalem seu Metropolitanum, & Archiepiscopalem, ut  
diximus d. cap. 1. num. 35. & latius ex n. 50. & hoc ita fuisse  
44 ex ordinatione D. Petri, latè probat Rodolphus Capiers  
in repet. text. in can. oportet, 79. dist. pag. 293. in princ. latè  
Burafanus conf. 126. num. 1. ubi docet tempore Apostolorum  
45 jam in urbes & loca Episcoporum & Archiepiscoporum fini-  
bus distincta fuisse. Vide plura ibi, & ex cap. principium, §.  
novem, de pact. dist. 2. omnino videndus est Daniel de No-  
bilibus disp. 75. ex num. 18. Quod si dicas quadripartitum fuisse  
hunc Ordinem, ut S. Hieronymus sentit, & retulimus d. cap. 1.  
46 n. 49. per text. in can. Cleros, 21. dist. videlicet Patriarcham,  
Metropolitanum, Archiepiscopum, & Episcopum; dicas  
correspondere hanc quadripartitam divisionem quatuor  
primis ordinibus Angelorum & supernorum spirituum,  
qui semper Deo assistunt; unde eos vocat Assistentes, reli-  
quos verò Ministrantes, D. Dionysius de Eccles. Hierarch.  
47 cap. 8. & 13. gradus verò Ecclesiasticos in octo Ordine fuisse  
distributos, juxta illud Danielis, cap. 10. ibi, stans gradu  
tuo, cum octo gradibus ad Divinitatem Templum perveniat:  
Ezech. cap. 4. ibi: Octo gradus ascensus eius, qui corre-  
spondent octo gradibus Ecclesiæ Catholicae, qui sunt Pa-  
patus, Patriarchatus, Archiepiscopatus, Episcopatus,  
Abbatia, Præpositura, Decanatus, & Curatus; ut vo-  
luit Capiers proximè citatus. Sed hoc ad præsens Caput  
nullatenus spectat.  
48 Patet ergo ex hac ordinatione, veram Ecclesiæ militan-  
tis dispositionem, ream gubernationem, felicem unum  
Deum Summum omnium Dominum, à quo bona cuncta procedunt,  
per quem omni gradus distinguuntur Angelorum,  
Archangelorum, Thronorum, Dominationum, & Pote-  
49 statum; ita summus Pontifex, ejusdem in terris Vicege-  
ntes, & Christi Vicarius, unus Pater, & Dominantium Do-  
minus, ut inquit Bal. in cap. Ecclesia, colum. 2. ut lice per-  
dente. Gemianus in cap. super eo, de heretico. omnibus ordini-  
bus præfideat: de qua similitudine videndus post D. Dionysium  
de Eccles. Hierarch. cap. 6. Daniel de Nobilibus disp. 144. n. 5.  
cum enim Hierarchia veniat à verbo Hieros, quod  
idem est ac sacer, & arbor quod est Princeps, idem est ac  
sacer principatus, idem quod ordo, scientia, & actio: ut opti-  
mè post D. Dionysium D. Thom. & Chaffan. notavit Valenz.  
d. conf. 34. n. 18. Unde Chaffaneus in Catalog. glor. mun.  
3. p. confid. 5. dixit esse divinum ordinem, ac per consequens  
hic ordo Hierarchicus de necessitate fuit in Ecclesia ponendus:  
ut per Turrezem in Summa, de Ecclesia, lib. 2. cap. 1. n. 2.  
Unde D. Paulus ad Ephes. cap. 4. dixit: Et dedit quidem  
quosdam Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios Pastores  
& Doctores ad confirmationem Sanctorum, in edificationem  
corporis Christi, & tandem S. Trident. Sinodus sess. 23. de  
reform. can. 6. ita ait: Si quis dixerit in Ecclesia Catholica, non  
esse Hierarchiam divina ordinatione institutam, que constat  
ex Episcopis, Presbyteris, & Ministris; anathema sit. Cui  
addendi sunt quos referunt Valenz. n. 20. notans pluribus ci-  
tatis bonum Ecclesiæ consistere in ordine: vide plura ibi  
notata & eruditione digna tanti Authoris, ut maxima cum  
ratione Gaitus tr. act. de credito, cap. 4. qu. 2. n. 1686. Valenz.  
uelam Eruditissimum appellaverit, & ejus autoritatem semper  
inherendum dixit, & Ordo hic unitatem conseruat,  
concordiam gignit, & optimam rerum administrationem  
parit: cap. ad hoc, 89. dist. ex pluribus videndus Daniel de  
Nobilibus disp. 75. ex n. 18. ubi latè materiam hujus capitis  
pertractat in generali præcedentia, & dixerat prius latè  
etiam disp. 44. Hamilitas igitur hæc que reliquit locum  
minori, non solum mala esset & reprehensibilis, sed & casti-  
gatione digna ac privatione loci, ad Judicis superioris bene-  
placitum; cap. precipimus, 93. dist. notatur in l. si quis, c.  
de spectac. lib. 1. plures apud Valenz. n. 50. plura autem circa  
hoc diximus in tract. de unica, & peren. Cathedra. Cæsar  
rangustana, circa honoris causam, quomodo sit præferenda,  
& sit causa gravissimi præjudicii, licetque Ecclesiasticis &  
Monachis, locum sibi debitum & honoris prerogativam  
prosequi ac defendere; tandemque ejus ratione liceat laus  
in ore proprio; ut diximus in præfatione, n. 3. & 4. que tanti  
præjudicii sunt, & momenti, ut super eis absque licentia  
Superioris non possit compromitti: Seraphin. decis. 22. n. 2.  
& diximus cap. 13. num. 65.  
Quare species tot esse Cathedralium, quot sunt differen-  
tie Episcoporum, certissimum esse in Jure nemini licet dubi-  
tare, ex his que passim Doctores scribunt, & proferuntur  
Guindelinus de Jure novissimo, lib. 6. cap. 4. ex nu. 1. cum plur.  
seqq. idque maxima cum ratione, nam si Ecclesiæ Cathedra-  
les sponse sunt Episcoporum, ut latius cap. 2. sup. notata re-  
liquimus, tot esse species & differentias uxorum, quot sunt  
virovum necesse erit: unde Romanus Pontifex, ad quem  
Sedium Patriarchalium institutio spectat, tot Ecclesias Pa-  
triarchales ordinavit, unamquamque pro unoquoque Pa-  
triarcha, ipso testante in Extravag. Sancta Romana Ecclesia,  
de elect. quare sicut Episcopi inter se procedunt, ita eorum  
sponsas procedere necesse est, cum Augusta iidem privile-  
giis ex desponatione cum Imperatore fulgeat, l. Princeps, §.  
ff. de legib. cum vulgariibus: Non tamen in omnibus à pari  
procedit argumentatio de Episcopo ad suam Ecclesiam Ca-  
thedralem, cum Episcopi præcedentia inter duos ejusdem  
gradus ex Consecratione sumatur: per text. in c. Episcopos,  
17. dist. Caremon. Roman. lib. 1. cap. 31. §. in sessione verò,  
plures apud Ferro Mantique de præceden. q. 27. n. 6. & pluri-  
bus docet etiam Chaffan. in Catal. glor. mun. 4. par. confid. 23.  
Cathedrales verò cum semper eadem sint, ex eo quod gen-  
90 us non petire non potest, l. in ratione 30. §. incerta, §. ff. ad leg.  
falcid. l. si te ponis, de Jure deliber. l. incendentium, 11. C. si cert.  
pet. vel ex antiquitate fundationis, vel ex alio capite fumen-  
da est prælatio: ut ex infra dicendis apparebit.  
Certum enim est, ideoque proverbium apud nos emana-  
sse dignoscitur, digniora esse imitatione digna, quia ex-  
cellentiora sunt, ex Ofasco decis. 79. num. 58. & seq. Bosso  
de Tortura, num. 36. & per eos Medius de sacris Ordinibus,  
A 2 2 cap.



cap. 36. num. 15. junctio Saravia de Adm. qu. 1. num. 40. ac  
 61 per consequens dignioribus dignorem locum deberi: can.  
 Metropolitanus, 19. distinct. 63. can. illud 20. 8. qu. 1. l. final.  
 ff. de fide instrum. l. 1. §. sed si 12. ff. de aqua pluvia arcenda.  
 l. potius 5. Cod. de offic. Rector. Provinc. l. 18. Cod. de nu-  
 ptis. l. honores. ff. de Decurion. plures apud Orthonium de  
 axionat. l. lib. 4. cap. 2. 4. m. 16. & ex infra dicendis latius pa-  
 tebit.

62 Ex quo aliud tritum exivit proverbium dicens, Contem-  
 tum non venire sub continente quando contentum est nobi-  
 litatis: exemplo farinae que non venit sub dispositione faci-  
 ci: ex Baldo de feudis. tit. de Cap. qui Cur. vend. num. 11.  
 tenet Rota in Laurentiana jurisdictionis, 23. Januarii 1617.  
 coram Sacra: & iterum in eadem 21. Aprilis eiusdem an-  
 ni apud Fatinaçium, in posthum. 2. par. decis. 455. num. 2.  
 ubi quomodo intelligatur dictum proverbium expendit,  
 docens intelligi de contento separabili, pro ut est farina  
 à sacco, non verò de inseparabili, prout est Capella ab  
 Ecclesia, quo casu magis dignum trahit ad se minus di-  
 gnum. Unde Metropolitanam non venire nomine Cathedra-  
 lis in odiosis, infra dicemus: & hoc aliis exemplis  
 passim in luce explicatur.

63 Quare jam ad illos tres gradus Episcoporum descenda-  
 mus, ut ex eis gradus etiam Sponsarum Cathedralium di-  
 gnoscantur. Et quidem, omittis Ecclesiis S. Joannis in La-  
 terano, que prima omnium totius orbis est, quia in ea tam-  
 quam totius orbis Episcopus sedet Romanus Pontifex, ad  
 ea ratione non Patriarchalis, sed Papalis est; & S. Petri, S.  
 Pauli, Sanctæ Mariæ Majoris, & S. Laurentii extra muros  
 ejusdem urbis Romæ, quæ Patriarchales sunt, & omnibus  
 antecellunt, ex his que notavimus c. 1. de princ. & insit.  
 Eccles. Cathed. ex num. 86. & de eis videndus Guindelinus  
 de her. novissimo, lib. 6. cap. 1. ubi latè. Primus est Patriar-  
 charum, non enim dubium est, in sublimi gradu Episcoporum  
 64 & Dignitatis Ecclesiasticæ esse Patriarchas, & Archie-  
 piscopos, ut ex etymologia ipsa nominis satis ostenditur: c.  
 Cleros, 2. 1. dist. appellatione sumpta à Patribus veteris Te-  
 stamenti, quibus hoc nomen tributum fuit, ut notavit Gui-  
 delinus cap. 3. in princ. inter quos, id est inter Constantino-  
 politanum, Alexandrinum, Antiochenum, & Jerosoly-  
 mitanum, licet parvis sint prerogative, & potestatis Ponti-  
 ficis; est tamen Sedium differentia & distinguuntur, can.  
 66 Constantinopolitana, juncto can. segg. 22. dist. Et licet initio  
 tres tantum fuerint, ut c. 1. ex n. 68. & 71. notavimus, vide-  
 licet licet Romanus, Alexandrinus, & Antiochenus, cap. sacro-  
 fancta, 22. dist. quibus addendus est Guindelinus 4. cap. 3.  
 m. 3. tamen posterioribus seculis additi sunt Constantino-  
 politanus, & Jerosolymitanus: & Constantinopolitana  
 68 Sedes post Romanam sublimata reliquis præfertur, videlicet  
 ut veteri Romæ nova Roma in Pontificatus honore  
 quemadmodum in profanis honoribus quam proximè ac-  
 cedet c. Constantinopolitana, c. renovantes, cap. ubi. 22.  
 dist. & hujus rei extat optima Novella Justiniani idem con-  
 firmans, de Ecclesiis 1. 1. §. 1. Et ne decipiatur Lector, ad-  
 vertere oportet hanc divisionem factam fuisse à Romano  
 Pontifice sibi retinente totum imperium, qui licet Patriar-  
 cham aliquando se nominet, c. Constantinopolitane, in hac  
 69 seg. 22. dist. tamen super omnes eminet, & ideo hoc nomen  
 sibi retinuit, quia Patriarcha est Occidentis solus, cum cæ-  
 terorum potestas versus Orientem & Austrum extendatur,  
 ut notavit Guindelinus d. cap. 3. m. 2. & 3. & eo modo quo  
 70 Divus Petrus per se Romanam Sedem gubernavit, per D.  
 Marcum Antiochenam, & Alexandrinam, per discipulum  
 suum Evodium, ut d. cap. 1. ex n. 72. diximus, ita Romani  
 Pontifices successores D. Petri Patriarcham in Occidente,  
 71 noluerunt creare, reservata sibi tali gubernatione ex re-  
 verentia tantæ Apostoli, cujus successores sunt: qua de causa  
 nomen ipsius assumentem noluerunt, nullus enim Romanus  
 72 Pontifex, Petrus ausus fuit nominari. Ex quibus deducitur  
 harum Sedium Cathedralis prælationem habere, sicut eam  
 73 d. cap. 1. statit Primus post Romanum, qui propriè non ap-  
 pellatur Patriarcha, sed Princeps Patriarcharum, ut nota-  
 vit Barbof. in collect. ad text. in cap. nullus Patriarcharum,

dist. 99. m. 2. (ubi vide latius quomodo sit intelligenda do-  
 ctina supra dicta secundum ea que diximus supra, d. cap.  
 1. num. 87.) sit Constantinopolitanus; Secundus Alexan-  
 drinus, Tertius Antiochenus, Quartus Jerosolymitanus, jux-  
 ta notata à nobis dist. cap. 1. ex n. 74. juncto Guindelino d. c.  
 4. m. 2. Cupets d. fol. 296. Sed tamen notandum, Patriar-  
 chatum Dignitatem harum Ecclesiarum captivas existeret, ac  
 proinde remanserunt earum officium apud Catholicos hono-  
 ris causa absque exercitio, & quo pristina Ecclesiastica  
 Dignitates in Catholica Ecclesia permansisse videantur, 74  
 juxta notata à Guindelino m. 4. ac propterea judicium faci-  
 endum est de illis secundum ea que diximus c. 32. de Ec-  
 cles. Cathed. Cap.

Secundò sunt inferiores Patriarchæ, quos enumeravi-  
 mus dist. cap. 1. ex num. 16. ex quibus plures Primates ap-  
 pellantur, exemplo Toletani in Hispania, Veneti in Ita-  
 lia, & Aquilejensis in Francia Lugdunensis, Vien-  
 nensis, & Bituricensis; in Germania Magdeburgensis,  
 in Hungaria Strigonenfis, in Anglia Cantuariensis; & hi  
 omnes Primatum nomine continentur, per text. in cap. 1.  
 cap. nulli, distinct. 99. cap. conquestus, 9. quest. 3. inter  
 quos, suo gradu servato, non præferuntur minores Pa-  
 triarchæ, quos enumeravimus, dist. cap. 1. ex num. 76.  
 ubi latè; nam privilegia Patriarcharum, tantum quatuor  
 enumeratis competunt: & videnda sunt dicta num. 108.

Succedit nunc secundus gradus Episcoporum Ordinis, qui  
 est Archiepiscoporum, juxta tractata d. cap. 1. ex n. 94. inter  
 quos prerogativa fulgent Primates: ex notatis ibi n. 109. ex  
 text. in cap. si autem, 9. qu. 3. unde Archiepiscopales Ecclesie  
 78 id est Metropolitanæ cæteris antecellunt in sessionibus &  
 aliis præminentibus, servata Primatis autoritate: quare  
 Metropolitanam grandioris est honoris quam Cathedra-  
 lem, notavit Barb. in Pastor. tit. 1. c. 6. n. 12. & ea de causa  
 79 Metropolitanam non venire nomine Cathedralis in materia  
 odiosa, dixerunt Fufcus de visitat. lib. 1. cap. 15. n. 4. Franc.  
 Tondut. de Sanleg. in quest. & resol. benef. p. 2. c. 2. m. 7. & 8.  
 Barbof. de appell. verbor. l. ur. l. sign. appellat. 43. deducen-  
 80 tes propterea dispensatum ad obtinendum in Cathedrali,  
 non posse obtinere in Metropolitana: quomodo ergo pro-  
 beretur erectio in talem? dic quod eo ipso quod probatur  
 erectio cum assignatione suffraganeorum; censetur effe-  
 ctuatio: de quo est videnda optima decisio Montis Regalis  
 jurisdictionis 10. Maii 1599. coram Penna dec. 761. secundum  
 Lugdun. impres. & ante dixerat in eadem dec. 734.

Secundò etiam Metropolitanam Ecclesiam præcedere debet,  
 82 ex quo illa non solum est Cathedralis quoad se, verum Me-  
 tropolitana quoad jurisdictionem in inferioribus, ex his que  
 docet Gratianus discept. 230. num. 19. & 20. Ferro Manrique  
 de præced. cap. 4. ex quo deducitur, habentem duos hono-  
 res, præferri debere habenti unum tantum, ex Bolognet.  
 83 & Decio docet Coscia in dissertat. h. responsa de præceden-  
 tia, num. 43. certum enim est in hac materia illum ante-  
 cellere, qui pluribus gradibus nobilitatis præfulget; h.  
 Decurion. in princ. Cod. de Siliens. lib. 1. l. 3. Cod. de Pri-  
 mic. l. 3. Cod. de proxim. sacror. scrip. l. eos. Cod. de excus. nu-  
 mer. Coscia ex num. 71. ex vulgari Regula Juris dicente, du-  
 84 plex vinculum fortius esse uno, anth. itaque, Cod. commun.  
 de success. penul. §. si vero, de adoption. cap. 1. de reg. & pace:  
 Coscia ubi proxime. Cujus rei ea est ratio, quia fortius est  
 vinculum quo duabus firmatur radicibus, ut ex Vve-  
 semb. conf. 82. num. 18. docet Orthonius de axio. lib. 1. 9.  
 85 cap. 1. num. 1. majorem enim jurisdictionem habens præ-  
 mioentis superioritatem arguit, ex optimo text. in cap. per  
 singulos, 30. qu. 3. Gratianus discept. 111. num. 76. & ex aliis  
 videndus Daniel de Nobilibus disput. 44. m. 30. & 31. sicut  
 etiam præfertur duas qualitates habens, unam tantum ha-  
 bentis, l. sed & si militet, in princ. ubi Baldus de excus. tutor.  
 cam illud sit privilegium potentis quod est compositum  
 ex duobus: Staphileus de her. Grat. & l. fol. mibi 13. vers.  
 prima est. Daniel n. 32. & seg. videndus optimè Ferro Man-  
 86 rique de præced. q. 4. Sveltes in senecan. d. conf. 43. num. 15.  
 Inter has verò Ecclesias Archiepiscopales non oportet dis-  
 putare an prelato detur Metropolitanis: quia differentia  
 nulla constituenda sit inter Archiepiscopos & Metro-  
 87 polita-

litanos, ex dictis cap. 1. ex num. 50. autoritate text. in cap.  
 referentie 7. de preben. & dign. qui vera idem sunt: Ferro  
 Manrique de preb. cap. 4. ubi proxime.

88 Nec obstat Justiniani locus Novella 11. de privi. Archie-  
 piscop. juncta Novella de Eccl. 131. §. 1. ubi patria sue Jus-  
 tinianeæ prima Sedem non modo Metropolitanam, sed  
 Archiepiscopalem fecisse ait, subjungendo et quampurimi-  
 mos vicinorum Episcoporum, qua difficultate oppressis  
 Cujacius in dist. Novella 131. §. 1. confundit nomina Pa-  
 triarchæ, & Archiepiscopi, atque ita Justinianum honorem  
 Patriarchalem patriæ suæ concessisse affirmat, quæ hodie  
 est Justinianeæ in Pannonia, cujus nomen hodie Bulgaria:  
 alia verò reperitur in Africa, cujus Episcopo & aliis Jus-  
 suum Metropolitanum servari oportet. Unde antiquitus  
 quedam fuit differentia inter Archiepiscopos & Metro-  
 politanos, ita ut Metropolitanorum appellatione propriè de-  
 signarentur qui Episcopos, & Archiepiscopos habentem  
 subditos; ex eo sic appellati quod in Metropolitanis Civita-  
 tibus degerent, & ideo nonnullum imperium super Episco-  
 90 pios oppidorum subditorum concessum erat, can. Cleros,  
 2. 1. distinct. Guindelinus dist. lib. 6. cap. 4. ex num. 6. ubi eru-  
 ditè omnia distinguit, quo pacto melius S. Hieronymus relatus  
 à nobis supra cap. 1. num. 50. & segg. defenditur, dum ait  
 quatuor esse differentias Episcoporum, Patriarcharum scilicet,  
 Metropolitanorum, Archiepiscoporum, & Episco-  
 91 porum, cum tamen tres esse tantum verius fit, nam Ar-  
 chiepiscopos & Metropolitanos pro eodem sumitur. San-  
 ctus enim Doctor ex differentia antiqua loquutus fuit, quæ  
 differentia sumpta est à Civitate ubi Sedes hæc collocata fue-  
 runt; ex abundè notatis sup. cap. 4. an Ecclesie Cathedra-  
 92 les in quocumque loco erigi possint: patet ergo Ecclesias has  
 Archiepiscopales præcedere debere, juxta præcedentiam  
 Archiepiscoporum, inter eos; juxta notata à Chalfaneis  
 in Catalog. 4. p. conf. 109. cum segg. ubi plura in particulari  
 notat de pluribus Ecclesiis; licet enim inter Archiepiscopos  
 sit Primas, tamen inter Primates adest aliqua differentia,  
 ut alii Primates sint alicujus Provincie; alii verò dimidia-  
 93 ta primitia fungantur, ut de Archiepiscopis Bituricens. Seno-  
 nen. & aliis qui se asserunt Galliarum Primates, de quo  
 tamen non liquet, ut de Bituricens. qui præcedit Senonen.  
 Archiepiscopum, & secundum Albet. de Rosat. in rubric.  
 de statu homin. Burdegalen. secundum text. in cap. fin. de ma-  
 94 jor. & obedi. juncto c. final. de seditione. Sed de aliis latius vi-  
 dendus Chalfaneus dist. 4. p. conf. 21. Quare quilibet Primas  
 inter suos præcedere debet, & est primus inter eos; eodem  
 modo sua Cathedralis est desponsatione cum ipso: & de  
 aliis exemptis in Hispania videndus Ferro Manrique d.  
 cap. 4. num. 7.

Jam denique alie sunt Cathedralis, quarum caput Episco-  
 95 pios tantum est, quæ regulariter subsumt Archiepiscopis  
 ordine Hierarchico ita compositis, qui nec universæ Eccle-  
 siæ sicut Papa, nec toti Provincie Ecclesiasticæ sicut Archie-  
 96 piscopi, sed uni dumtaxat Civitati locifque ei subiectis præ-  
 sentant, quorum locorum comprehensio consuevit vocari  
 97 Diocesis, omnia disputatione quid sub Diocesi no-  
 mine comprehendatur, de qua in l. Præsides, Cod. de  
 offic. Rector. Provinc. juncto Guindelino lib. 5. cap. 6.  
 98 quorum Cathedralis, sicut & ipsi, inferiores sunt superius  
 enarratis, licet inter eas differentia, & prerogative repe-  
 rantur, quas statim enarrabimus. Unde inter eas, quæ præ-  
 sentant, ex regulis generalibus præcedentia metienda est:  
 tamen alie sunt aliqua particulari prerogativa condecora-  
 99 te, quæ in sublimiori honore eas constituunt; & quidem Ca-  
 thedralis Ecclesiam, cujus Episcopos Pallio utitur, cæteris  
 præferri certissimum est, ex Penna decis. 761. num. 4. secundum  
 100 Lugdun. impres. quia per illud plenitudo Pontificalis officii  
 confertur, cap. 1. de auctoritat. & usu Pallii: de qua re exem-  
 plum est in Ecclesia Catanen. in Sicilia, que tali privile-  
 gio fovebatur, & Sedi Apostolicæ fuerat immediatè subje-  
 101 cta, quo fuit privata & effecta Suffraganea Montis Regalis,  
 ut pluribus decisionibus fuit declaratum apud Pennam dec.  
 102 546. juncta dec. seg. & latius dec. 734. secundum Lugdun. im-  
 pres. & de Ecclesia Augustodunensi adest expressa dispositio  
 103 text. in cap. rationis ordo, c. in ea Synodo, 100. distinct. & de  
 Frances de Eccles. Cathed.

Episcopo Arelatensi. est text. in cap. pallium, 100. etiam di-  
 stincti. quo etiam utuntur plures alie, quas enumerat Chalfaneus  
 in Catalog. glor. mund. 4. p. conf. 36. inter quas novissimus  
 99 est Episcopus Hoflien. & Veltren. qui annexus est  
 Cardinali Decano, & utitur Pallio, licet tantum sit Episco-  
 pus: Chalfaneus in Catalog. glor. num. 4. p. conf. 8. & conf. 26.  
 ubi notat posse se nominare ex eo Archiepiscopum, post sus-  
 ceptionem Pallii. Si tamen ad Episcopalem Ecclesiam  
 habentem talem privilegium assumptus fuerit Episcopus,  
 & Pallium non obtinuerit, inter alios Episcopos habito  
 respectu ad Consecrationem sedere debet: ut notavit Chalfaneus  
 in Catalog. 4. p. conf. 23. si verò Episcopus utatur  
 100 Pallio, præcedit: ex Gratiano discept. 298. num. 63. Ferro  
 Manrique qu. 27. num. 6.

Hoc tamen ignorare fas non erit, quod Ecclesia S. R. E. 101  
 Episcoporum Collegii Apostolici, id est Hoflien. & Veltren.  
 annexa Cardinali Decano, Portuen. Albanen. Sabinen.  
 Tusulanen. & Prænestinen. quorum Cathedralis, omnes  
 præcedunt, ex eo quod annexæ sunt Cardinalitatis  
 Dignitati, sub gradu Episcoporum Collegii Apostolici,  
 qui suffraganei sunt Summi Pontificis, & collaterales ejus-  
 102 dem, Hebdomadarii etiam Summi Pontificis appellabantur, quia  
 per singulas Hebdomadas plures functiones nomine Pon-  
 tificis circa actiones ad ipsum spectantes faciunt, divisa  
 cura gubernationis: ut notavit Cardinalis Baronius An-  
 103 no Christi 1057. licet hoc in defectu ordinis abierit, ut no-  
 tavit idem Baronius, & ex eo Fr. Andreas de Salazar in vi-  
 ta Sancti Gregorii Cardinalis & Episcopi Hoflien. cap. 7.  
 Ferro Manrique ubi infra, tamen illas Ecclesias superiores  
 esse post Patriarchales Romanas juris arbitror, non enim  
 104 easdem caput potest non esse Cardinalis ex Episcoporum or-  
 dine assumptus, ergo sicut cæteræ fumentes superioritatem  
 à desponsatione Episcopi, præcedere debent, quia qualitas  
 hæc perpetua est, non temporalis & accidentaria: ex  
 adductis à Ferro Manrique in præcedentia horum Cardinalium,  
 qu. 13. num. 4.

Secundò, Cardinales exempti alias non exemptas præ-  
 105 cedunt; sicut & inter æquales ejusdem ordinis, exemptus  
 præcedit: cap. & Apostolica, de preben. in 6. Gloss. 1.  
 in cap. per tuas, per illum textum, de maior. & obedi.  
 Joannes de Montaigne de auctor. mag. Confil. 2. ratione  
 prime partis, num. 12. Chalfan. in Catalog. glor. num. par.  
 4. conf. 24. & par. 12. conf. 63. Probus ad Monac. in cap.  
 106 statutum, num. 24. de rescript. in 6. Tobias Nonius conf. 71.  
 num. 38. Et eadem ratione exempti Episcopi non exemptos  
 præcedunt, cap. Apostolica, de privi. in 6. ubi Gemin. &  
 Francus: Rimin. junior conf. 581. num. 9. & in sessione  
 Curiarum tradit Belluga in specul. Princ. rub. 6. num. 24.  
 ante medium, Marin. Frechia de subfeudis, lib. 1. tit. de origi-  
 107 ne Baronum, vers. sui dubitatum, num. 14. & 15. fol. 18.  
 Sed Episcopi, qui nulli subijciuntur Archiepiscopo, eli-  
 gere tenentur ad quem accedant, juxta Trident. sess. 24.  
 cap. 2. & eum cujus semel elegerint superioritatem, reco-  
 gnoscere debent; & possunt compelli ad ejus leges ser-  
 108 vandas; Gratian. discept. 620. num. fin. Similiter & Abba-  
 tes exempti ex eorum motivo exemptionis præcedere de-  
 bent post Episcopos: Chopinus lib. 2. de sacra potestate,  
 tit. 6. num. 16. latè Tambur. de iure Abbatum, tom. 1. disput.  
 25. qu. 6. num. 8. idque commune est omnibus Dignitatibus  
 aliis æqualibus: ut exemptio præcedentiam concedat;  
 per plures quos sequitur Ferro Manrique de præced. q. 1. m. 17.  
 Cæterum hæc & alie similes prælationes, quas dedu-  
 cunt Doctores communiter ex nobilitate majori, vel ex  
 109 majori literata, ex gradu à majori Univeritate conse-  
 quuto, vel ex eo quod qui fuerit utriusque Juris Doctor,  
 nullatenus sunt in consideratione, nisi data paritate: nam  
 inter duos partes prævalebit illa qualitas; si non constet  
 de antiquitate: si enim de ea constat, antiquior seu di-  
 110 gnior, major seu prior erit, & præferendus; contra opi-  
 nionem Gloss. in c. per tuas, verbo de maior. & obedi. quia  
 jura ab ea allegata non probant: textus enim in c. per tuas,  
 de maior. & obedi. dicit honorandum esse & præferendum eum  
 qui à majori Dignitate obtinet: & idem probatur in cap.  
 111 ult. 93. distincti. juncta l. ult. ff. de albo scrib. Sed tamen illa  
 Aa 3 jura



Inferiores Ecclesie obedientiam & reverentiam debent Capitulo Cathedrali, sicut Episcopo, 39.  
 Hierarchiarum celestium divisio, 40.  
 Hierarchia unde dicta, & quid contineat, 41. 49.  
 Quomodo recipiat illuminationes, 42.  
 Gradus Episcoporum quot, 43.  
 Divus Petrus illos instituit, 44.  
 Apostolorum tempore iam erant Dioceses distincte, 45.  
 Angelorum & Episcoporum hierarchia assimilantur, 46.  
 Gradus Ecclesiastici octo, 47.  
 Celestis Jerusalem ecclesia comparata, & seqq.  
 Papa, Christi Vicegerens, 49.  
 Ordo Hierarchicus necessarius in Ecclesia apponendus, 50.  
 Divina dispositione positus est, 51.  
 Romae Ecclesia in ordine consistit, 52.  
 Valenzuela eruditissimus appellatur, 53.  
 Relinquens locum sibi debitu punitendus, 54.  
 Honori defendendi causa qua liceant, 55.  
 Cathedralium species rot, quot Patriarche, 57.  
 Episcopi procedunt ex Consecratione, Cathedralis ex desponsatione, 58.  
 Genus perire non potest, 59.  
 Digniora sunt imitatione digna, & quare, 60.  
 Dignioribus dignior locus debetur, 61.  
 Contentum non venit sub continente quando est nobilior, 62.  
 Procedit in separabilibus, secus in inseparabilibus, ibid.  
 Ecclesia Patriarchales Romani Pontificis numerantur, 63.  
 Patriarchales ubi Roma, ibid.  
 Patriarcha primus gradus Episcoporum, 64. & seqq.  
 Unde Patriarche originem ducant, 65.  
 Quatuor primi quomodo procedant inter se, 66. 73.  
 Quot fuerint a principio, & quot postea, 67.  
 Constantinopolitanus quare ceteros precedat, 68.  
 Papa an sit Patriarcha, 69. & seqq.  
 Patriarcharum iurisdiclio quam partem mundi respiciat, 70.  
 Papa quare Patriarcham in Occidente ponere noluisset, 71.  
 Nullus Papa, Petrus nominari voluit, & quare, 72.  
 Ecclesia Patriarchales, omnes procedunt, 73.  
 Patriarchales Ecclesia captiva, 74.  
 Inferiores Patriarche, Primates appellantur, 75.  
 Quomodo inter se procedant, 76.  
 Inter Archiepiscopos procedunt Primates, 77.  
 Metropolitana grandioris honoris est quam Cathedralis, 78. 82.  
 Non venit nomine Cathedralis, 79.  
 Dispensatus ad obtinendum in Cathedrali, non potest obtinere in Metropolitana, 80.  
 Metropolitana erectio quomodo probatur, 81.  
 Habens duas qualitates preferitur habenti unam, 82. 85.  
 Habens plures gradus nobilitatis preferitur habenti unum, 83.  
 Duplex vinculum fortius est uno, 84.  
 Maiorem iurisdictionem habens preferitur minori, 85.  
 Privilegium compositum ex duobus potentius est, 86.  
 Metropolitana & Cathedralis, idem 87. & seqq.  
 Novella 121. Iustiniani interpretatur, 88.  
 Sanctus Isidorus asserens quatuor esse differentias Episcoporum interpretatur, 89.  
 Ecclesia Metropolitana quomodo procedat, 90.  
 Primatum differentia, & exempla, 91.  
 Primates quomodo inter se procedant, 92.  
 Diocesis definitio, 93.  
 Episcopi & eorum Ecclesie quomodo procedant, 94. & seqq.  
 Cathedralis quorum Episcopi nuntur Pallio, procedunt ceteris, 95.  
 Pallium est plenitudo Pontificalis officii, 96.  
 Ecclesia Cathanien. utebatur pallio, 97.  
 Cathedralis que nuntur pallio, 98.  
 Episcopus utens pallio se potest nominare Archiepiscopum, 99.  
 Episcopus utens pallio, ante susceptionem illius non procedit, 100.  
 Ecclesia Cardinalium Episcoporum Collegii Apostolici enumerantur, 101.  
 Eorum Cardinalium officium quale antiquitas, 102.  
 Ecclesie istorum Cardinalium omnes procedunt, 103.  
 Ecclesie exemptae non exemptas procedunt, 104.  
 Item Episcopi exempti, 105.  
 Non subiecti Archiepiscopo quomodo se gerere debeant, ibid.  
 Item Abbates exempti, 106.

Idem in omnibus Dignitatibus, 107.  
 Prælationes ex nobilitate, vel aliis causis personalibus, an sint in consideratione, 108.  
 Antiquior Cathedralis procedit moderniori, 109.  
 Antiquior Doctor procedit uniori, 110.  
 Item antiquior in quolibet statu, ibid.  
 Pluribus exemplis probatur, 111.  
 De precedantia Regum, remissive, 112.  
 Precedentia desumitur ex consuetudine procedendi, 113. 177. & seqq.  
 Consuetudo loci attenditur in precedentia, 114.  
 Consuetudo precedentia que iuris conformis est, & ea cui repugnat ius, differunt, 115.  
 Prescriptio quadraginta annorum quando requiratur seu admittatur in precedentia, 116. 179. 183.  
 Qualitas, qua non repugnat, est præter legem, 117.  
 Collegiata ubi Roma, omnes procedunt, 118. & quare 119.  
 Canonici Collegiarum Germanie habent Dignitatem, & ea Causa Apostolica committitur, 119.  
 Prelatio datur Ecclesie propter favorem receptum à Deipara, 120.  
 Item propter aliquod adiutium, 121. 181.  
 Consuetudo ut operetur prælationem, quid debeat continere, 122.  
 Sententia Iudicis quid operetur ultra consuetudinem in precedentia, 123.  
 Privilegium Apostolicum dat precedentiam Cathedralibus, & quare, 124.  
 Ecclesie exempte procedunt, secus autem Capitulo exempto, 125. 127.  
 Ecclesia Laurentiana non est exempta, sancta verò Capella, e contra, 126.  
 Romanus Pontifex solus cognoscit de causis Exemptorum, 127.  
 Item Legatus de latere, ibid.  
 Qui habent privilegium Cathedralium, an procedant ceteros, 128.  
 Qui habeant tale privilegium, ibi, & seqq.  
 Monasterium Montis Castini habet privilegium Cathedralis, ibid.  
 Ecclesia potest haberi pro Cathedrali, etiam si non sit talis actu, ibi, & seqq.  
 Privilegia que competunt Cathedralibus ex desponsatione Episcopi, non communicantur Cathedralibus habitis, 129.  
 In privilegio attendendus est tenor, 130.  
 Cardinales Compostelle, Ovetti & Mediolani, an præcellant ceteris, 131.  
 Ecclesia Cathedralis captiva an procedat secundum gradum, 132.  
 Non emittuntur sunt qualitates, 133.  
 Dignitas remanet exercitio desiciente, 134.  
 Inter aequales non confitudo superioritate, que Ecclesia procedat, 135.  
 Qui dignitatem accipit à maiori, procedere debet, 136. & seqq.  
 Ordinatus à Papa non potest ab alio ordinari sine licentia ipsius Papæ, 137.  
 Et omnes procedit ordinatus ab Episcopo, 138.  
 Precedentia Cathedralium, non tantum ab Episcopo ut Capite, sed à desponsatione provenit, 139.  
 Inter duos aequales, habens qualitatem preferitur, 140.  
 Compostellanus Archiepiscopus quare ceteros Hispanie excepto Tolerano procedere intendat, 141.  
 Hispanen. & Compostellan. Ecclesie alternis vicibus procedunt, 142.  
 Qualitas solum operatur precedentiam in actu qualitatis, 143.  
 Precedentia an sumenda sit ex loco in quo erecte sunt Cathedralis, 144.  
 Syndici procedunt ex honore Civitatum, 145.  
 Cesarangusta Nobilissima Civitas quinquaginta & duobus præsedebat populis, 146.  
 Alexandria modernor Antiochia, ibid.  
 Cesarea quare Metropolis Palæstina, 147.  
 Divitia vel magnitudo Diocesis non supponit pro precedentia, 148. & seqq.  
 Episcopi non sunt honorandi vel contemendi ex divitiis, vel paupertate, 149.  
 Parva civitas prærogativam Regni non minuit, 150.  
 Honor exhibetur secundum Dignitatem, 151.

Ord.

Ordinatus à Papa non sit exemptus, 152.  
 Quæ privilegia habeat, & quare ei concedantur, 153.  
 Civitatum prælationes metiuntur ex antiquitate, vel iurisdictione, 154.  
 Precedentia commensuratur ex prioritate temporis, & maiori- tate honoris, 155.  
 Maioritas, antiquitas, & qualitas decernunt prælationem, 156.  
 Qualitas præminentie debet intuitu magnificentia, vel granditudo, non est attendenda, 157.  
 Quilibet in domo propria procedit, 158.  
 Nisi ad istres indicata in contrarium, 159.  
 Vel ius municipale, sive consuetudo, 160.  
 Ratione consuetudinis præferitur in officiis, 161.  
 Maiora inter aequales intelligitur de his qui non sunt superiores, ordine Hierarchico, 162.  
 Palatio arguitur ex anteriori descriptione, 163. 168.  
 Debet esse ab habente potestatem, non à particulari, 164.  
 Dato concursu scripturarum contrariarum, nulla probat, 165.  
 Alia facti ex urbanitate, & familiaritate, amicitia, vel consanguinitate, non sunt in consideratione, 166.  
 Alia facultativi, familiaritatis iure, &c. non presumuntur ex multiplicitate, 167.  
 Ordo scriptura attenditur in prælatione, 168.  
 Prior nominatus in scriptura præferitur, ibi, & 169.  
 Prior subscriptio prærogativam Dignitatis arguit, 170.  
 Status superior procedit antiquior, 171.  
 Consuetudo Curie Romanæ, alia desiciente, attenditur in precedentia, 172.  
 Communis hominum reputatio multum operatur in precedentia, 173. & seqq.  
 Qui maioribus vel melioribus præest, ceteris antecellit, 174.  
 Tituli pendunt ab opinione vulgi, 175.  
 Honor consistit in opinione hominum, 176.  
 Consuetudine concurren- te cum dispositione iuris, potius attenditur consuetudo, etiam si aliquantulum ius ei repugnet, 178.  
 Consuetudo an sufficiat decennialis, ubi ius repugnat, 179. 186.  
 Minor in aliquo casu potest precedere maiore, 180. Rationabili causa existente, 186.  
 Iusta & rationabilis causa requiritur in minore ut prescribat precedentiam contra maiorem, 181. & 183.  
 Precedentia commensuratur à consuetudine & possessione, quo casu minor procedit, 182.  
 Consuetudo precedentis maiore que dicitur rationabilis, vel irrationabilis, ut scilicet minor procedat, necne, 184.  
 Maiorem præferri debet minori, probatur iure divino, naturali, Canonico, & Civili, 185.  
 Consuetudo ut procedat minor, quomodo sit probanda, 187. & seqq.  
 Difficillime probatur, 188.  
 Actus unius speciei operantur quoad omnes habentes universalem uniformitatem in precedentia, 189.  
 In materia precedentie valet argumentum à simili, 190.  
 Et de maiori ad minus, ibid.  
 Et de preparatorio, ad preparatum, 191.  
 Et regula li vincio vincemur te: ibid.  
 Decretum de precedentia non recipit appellationem, quando non fit modo Iudiciario, 192.  
 Dignior procedit dum non constat de quasi possessione contraria, nec de prioritate vel posterioritate, 193.  
 Probata possessione ab utraque parte, quomodo sit procedendum, 194.  
 Possessio post sententiam in qua quis succubuit, non operatur interruptionem, 195.  
 Dignitas Syndici non attenditur, sed dignitas Ecclesie, 196.  
 Syndicus representat Communitatem, 197.  
 Ecclesia per persona mortua, Syndicus persona viva dicitur, 198.  
 Precedentia datur membris adversus omnes quos eorum Caput procedit, 199.  
 Honor in quo consistat & ex quo cognoscatur tam in spiritualibus, quam in temporalibus, 200.

Postquam omnia, quæ ad Ecclesie Cathedralis erectionem, ejusque efformationem usque ad celebrationem Frances de Eccles. Cathedr.

Divinorum requiruntur, pro viribus nostris hæcenus disputavimus. Coronidem huic libro presentis capitis pertractatione imponere decrevi: nec inultiter id fieri spero, quandoquidem multa accidere possunt in quibus non æquè in unum congesta reperiantur, ad dissectionem feminatam eradicanda, ex quibus perniciæ maxima bono publico negotiisque pertractandis resultat. Idque exemplo Christi Domini comprobare non dubito, Luce 22. ubi facta controversia inter Apostolos suos, quis eorum videretur esse maior, eam facillimo pacavit negotio dicens: Vos autem non scis, sed qui maior est in vobis, fiat sicut minor, & qui præcessor est, sicut minister. Si enim Apostolos, qui primitias Episcoporum gerere debebant, tamquam fertilia grana eodem Magistro Christo Domino seminata, per quos Episcoporum cætus gigni & propagari debebat, inter de diffidentes super prælatione idem Dominus sententia sua mitissima sedavit, certissimum est exemplum nobis reliquisse, hujusmodi etiam contentiones vitandi, ne ex eis damna in Communitatibus oriantur, quibus nihil perniciosius orti potest quam divisio, nihil utilius quam unio: verba sunt Aristotelis 5. politior. cap. 8. quæ latè illustrat Raggius de regim. Regul. part. 3. dubio 98. concl. 2. & plura videnda apud Solorzanum emblemate 90. & 91. & alios politicos communiter scribentes; quorum rationem adduxit idem Aristot. ubi supra, cap. 3. dicens: clarum est, & quid valeat, & quomodo causa sit contendendi: ipsi enim inhonorati & alios honoratos cernentes seditionem aggrediuntur: paccerge & unione conservati, discordia vero interiore bonum publicum; & Communitatis utilitatem, profectumque, latè docet Raggius 1. p. dub. 34. Merito ergo hujusmodi contentiones vitari oportet: Svelves in semcen. 2. conf. 41. in principio, ubi plura invenies.

Hæc verò omnia specialius observanda sunt in Cathedralibus, ex quarum exemplo plura etiam damna orti poterant inferioribus: qua ratione gravius peccant Ecclesiastici & Superiores, quorum peccata in exemplum trahuntur, cap. præcipue, 11. quest. 7. ubi Barbof. in collect. plura, refert omnino videndus: idem enim Papa majus peccatum committit, quàm inferiores: qua ratione omnes pro eo orare tenemur, quem major tentationum vi aggreditur Diabolus quàm totum populum Christianum & universum mundum: teste S. Clemente Epistola ad Jacobum fratrem Domini, quam ad literam ponit Crespiacus in summa Ecclesiastica disciplina, verbo Obedientia, pag. mibi 166. ibi: Sciens quia propter singulos vestrum ipsi magis soli salus infestus est inimicus, & in ipsum maiora suscitavit bella: & hoc est quod dici solet, peccatum majus esse ex persona peccantis: Maranta contro. lar. p. 2. resp. 52. num. 84. Si autem scire cupias Papæ peccanti quomodo subveniendum sit? Vide Franciscum Marcum dec. 456. num. 55.

Sed dices, ex dictis oritur major ratio dubitandi, si enim humilitatis causa Dominus Discipulis ostendit contentio- nem illam esse relinquendam, & quod major debet fieri minor: Ergo supervacanea est huius capitis pertractatio, quandoquidem major Ecclesia minori cedere debet, & per hoc gloriosior efficietur.

Hujus difficultatis solutio facillimo negotio componitur, tum ex eo quod tituli & honores non sunt abdicandi, nisi casu quo vanitatis causa assumantur, non verò quando ad honorem conferunt Dignitates, quo casu plurimum important ad conservationem superioritatis: & eo medio usus fuit D. Paulus, Apostolorum se nominando pluribus in locis 1. Corint. 9. & ad Timot. 25. qui primus titulus est in Ecclesia, non titulo arrogantie, sed ad conservandam Apostolatus autoritatem; ut latè docet Cardin. Baronius Anno Christi 58. num. 2. & videnda sunt que diximus in nostro tract. de unica Cathedrali Cesarangustana, cap. fin. ex num. 1. cum seqq. quibus addendum est Svelves de conf. 41. ex num. 1. & seqq.

Secundo, quod Ecclesia Dei militans ad modum triumphantis & celestis Ecclesie fundata est ordine Hierarchico, ut cap. 1. ex num. 26. latè diximus: ea videlicet ratione, ut omnia sine confusione ad laudem Dei fierent: & ultra ibi allegata, probatur ex illo Exod. 25. Inspice, & fac

Ala



de non danda prelacione ex hac causa, docuerunt Decianus  
*respons. 19. nu. 28.* Magistro de *Magistr. lib. 4. cap. 1.4. nu. 18.*  
*usque ad 24.* & alii citatis a Ferro Manrique de *preced. qu.*  
*27.* & dixerat prius *qu. 9. n. 3.* & 4. ubi docet indecorum esse  
 de hoc disputare, cum bona Clericorum bona sint Pauperum  
 150 de iure Gelasius Papa in *cap. Sicut. penult. distin. 96.* ita  
 ait: *Sicut quomodo parva Civitas prerogativam presentis Regni non minuit, sic imperialis presentia mensuram dispensationis religiosa non mutat.* Qualitas ergo alia requirenda est  
 ad præcedentiam & majoriam, nullo habito respectu ad  
 majoritatem Diocesis, amplitudinem Civitatis, divitias,  
 vel paupertatem Episcopi; ut ratiocinatur Ferro Manrique  
 d. *9. 2. 7. n. 9.* unde honor exhibetur secundum Dignitatem.  
 151 Episcopalem: ex latè adductis a Daniele de Nobilibus *disp.*  
*44. ex cap. Statuimus, de maior. & obed. cap. Cum olim, verbo*  
*in sessionibus, de Conser. qu. cum æque sic in una Civitate,*  
 ac in alia; non est cur de ceteris curandum sit, præcipuè  
 152 cum qualitas illa particularis non importet superioritatem,  
 prout videmus in exemplo adducto de Ordinato a Papa.  
 153 qui licet ab alio non possit ordinari, tamen non sit exem-  
 ptus, sed sub iurisdictione Episcopi: ut per Glossam in *d. can. Legi-*  
*mus: Cochier de Loris dist. Ord. in exempt. par. 1. qu. 2. 1.* Barbo-  
 154 *sin collect. ad text. in cap. Cum in distribuendis, 12. de tem-*  
*por. ordin. Et licet alia privilegia habeat, de quibus Barbo-*  
*sin collect. ad text. in cap. Per tuas, 7. nu. 2. & 3. de maior. &*  
*obedien. Tamen cum hæc proveniant a Papa ordinante, qui*  
 æque omnes Cathedralis exeret, cum sit de reservatis, ut  
 154 *cap. 2. latè diximus, non est cur ratione situs Civitatis confi-*  
 dendanda sit prelacione, quæ solum consideratur in Civitate  
 ratione antiquitatis, vel iurisdictionis; Cofcia *sup. nu. 59.*  
 155 In Dignitatibus ergo duplex ordo reperitur, prioritas tem-  
 poris, & majoritas honoris; ut latè tradit Riccius in *praxi*  
*preceden. tom. 1. resol. 564. n. 2. secund. modern. impress.* Unde  
 156 majoritas, antiquitas & similis qualitas decernunt prelacionem,  
 ex Ferro Manrique *qu. 2. 4. n. 3.* & *qu. 32. n. 7.* Svelves  
 in *Semien. 2. conf. 41. nu. 1. 4.* Cum ergo nulla ex his reperia-  
 tur in hoc casu, ad supradicta non est attendendum. Sicut  
 nec attendi debet præminentia, quæ in aliquo loco debe-  
 157 tur in tantum magnificentie, vel alterius operis conspicui, de  
 qua in *l. Qui liberalitate. ff. de oper. pub. l. Legatum, in fin. ff.*  
*de admistrat. rer. ad civit. pertinen. Rota decif. 377. n. 4. par.*  
*5. tom. 3. Recen. de Rub. Qua ratione volunt Doctores, ut qui-*  
 158 *libet in domo propria præcedat, ex adductis a Ferro Man-*  
*rique qu. 32. n. 1. & 2. & diximus in tract. unica Cathedr. Ce-*  
*sar. angul. cap. ult. n. 10. juncto n. 43. cum segg. & num. 49. &*  
*60. Salgado de Regia protecl. p. 2. cap. 9. n. 59.* Sed tamen hæc  
 159 Regula plures habet fallentias: Prima si adesset res iudica-  
 ta, ut per Rotam decif. 301. n. 4. post tract. Posthii. Secunda,  
 160 si adesset Jus municipale, vel consuetudo, ex qua excludatur  
 iuris assentientia: Rota penes Tamburinum decif. 51. nu.  
 3. Posthii de *manutent. observat. 45.* & quod ratione con-  
 161 suetudinis cesset ratio præcedendi ratione proprii officii,  
 dixit Rota apud eum: Tambur. decif. 113. nu. 3. Daniel de  
 162 Nobilibus *disp. 75. ex num. 58. ubi num. 61. prædictam regu-*  
 lam majoria intelligit de majoribus qui non sunt superio-  
 ris ordine Hierarchico.  
 163 Sextum motivum prælationis probatur ex anteriori de-  
 scriptione: ex qua arguitur possessio præcedendi: ex *cap.*  
*Bene videm. juncta Gloss. ibi. 96. distin. Chassan. in Cata-*  
*leg. 1. p. confid. 17.* Rota post tract. Posthii decif. 229. nu. 7.  
 164 Daniel de Nobilibus *disp. 75. num. 10.* descriptio verbè  
 debet esse ab habente potestatem; si enim facta fuerit à Nota-  
 rio ut privato, non potest præjudicium inferre, quia ex suo  
 capite factum dicitur. Er tamen dato concursu utriusque  
 165 qualitatis in præcedentia, non potest allegari pro una, nec  
 pro alia: ut d. decif. n. 12. probatur. Unde actus facti super  
 166 præcedentia, nec debent esse familiaritatis iure, vel ex ur-  
 banitate, vel ratione amicitie, vel consanguinitatis, qui in  
 hac materia non sunt in consideratione, sicut nec alii simi-  
 167 les; ex *l. Qui iure familiaritatis. ff. de acquir. possess. Mantica*  
*decif. 244. nu. 10.* Rota d. decif. 229. n. 9. 11. & 13. de quibus latè  
 videndus Posthii *observat. 33. per tot.* qui non censentur  
 ex ea causa facti, sed ex multiplicata actum & continuata  
 possessione per longum tempus, quo casu nec facultativi,

nec iure familiaritatis facti censentur; sed prosunt ad præ-  
 cedentiam: Ludovicius *decif. 372. ubi Adden. n. 8. Rota dec.*  
*85. n. 8. p. 5. tom. 3. recen. de Rub. quare ordo scripturæ atten-*  
 168 *di debet, & primo scriptus censetur superior, & præponitur*  
 aliis: ut pluribus resolutis Rota in *Placentina præcedentia*  
*prima Februarii 1623. n. 6. d. 70. quæ etiam est dec. 322. p. 6.*  
*rec. de Rub. & latius confirmatur in eadem 23. Junii 1633. n.*  
*10. & segg. dec. 593. & est dec. 224. d. p. 6. recen. de Rub. sicut*  
 etiam excluditur hæc præsumptio ex lite, ubi num. 11. Quare  
 169 prior nominatus in instrumento præsumitur habere præce-  
 dentiam in sede: ut per Pennam decif. 817. num. 4. ubi Additio  
 alias concordantes citat. Sicut etiam probatur ex subscri-  
 170 ptione in Concilio, ex qua oritur prærogativa Dignitatis  
 Episcopalis; ut ex D. Gregorio lib. 7. epist. 112. ad *Stagnum*  
*Episcopum, & alius. referant Genuensis in praxi, cap. 89.*  
*Piacensis in praxi, par. 2. cap. 2. art. 1. num. 7. Bauny de Sa-*  
*cram. tom. 1. tract. S. de Episcopis in Epitome cap. 2. vers. Com-*  
*munis tamen usus.*  
 Septimo deditur præcedentia ex statu: & hac ratione  
 171 debetur ei qui est ordine major, etiam si negans illam efficit  
 antiquior: c. *Statuimus, de maior. & obedien. Setaph. decif.*  
*706. n. 4. Menoch. conf. 226. n. 31. eadem Rot. dec. 214. n. 1.*  
*p. 4. tom. 2. rec. de Rub.*  
 Octavo, dum non constat de aliqua Regula, metienda  
 172 sunt præcedentia secundum consuetudinem que observatur  
 in Curia Romana, nisi ad sit consuetudo particularis regio-  
 nis: ut per Barbof. in puncto alleg. 38. & nu. 36. Sperell.  
 173 *dec. 76. n. 16. ubi declarationes sacre Congregationis addu-*  
 cit, citatis Campanillo, Quaranta, & Barbola: de quibus  
 est text. in *can. Legimus, 93. distin. Menoch. conf. 51. num.*  
*26. & conf. 52. num. 153. Matzarius conf. 27. num. 4. & 5. &*  
 alii plures.  
 Nonò in his prelacionibus si non appareat lex quod iu-  
 173 dicium fieri possit, communis hominum reputatio multum  
 operatur; ut ex Bald. & Boer. docet Gratianus *discept. 1. 11.*  
*n. 7. 4. & segg. & latius cum pluribus Daniel de Nobilibus*  
*disp. 44. ex n. 27. Valenz. conf. 11. n. 18. inde inferentes ex ma-*  
 174 *ioritate iurisdictionis, vel quia melioribus præest, deduci*  
 superioritatem. Quare eandem opinionem defendit latè  
 175 Valenzuela *conf. 10. n. 54. per text. in l. Abletas, §. 1. ff. de*  
*his qui notantur infamia, ubi plures citat.* Major enim &  
 communis acceptio hominum dat præcedentiam: Valenzuela  
 176 *conf. 99. n. 54. quæ doctrina licet à Doctores non fundetur,*  
 verum tamen illius rationem esse credo, quia tituli  
 177 præcedendi ab opinione vulgi: ex Menoch. *conf. 902. num. 701.*  
 diximus in *tract. unica & perenn. Cathedr. Cesar. angul. cap.*  
*ult. num. 5. hæc tamen ratio non referenda est, ex Lotter. lib.*  
*1. de re benef. qu. 8. num. 81. diximus ibi, num. 11. Quare cum*  
 honor consistat in communi hominum opinione, secundum  
 178 consuetudinem loorum, ut in sessione ad dexteram  
 vel sinistram, latissimè probavimus in *tract. unica & perenn.*  
*Cathedr. Cesar. angul. cap. 10. per totum, idè prelacionis*  
 à communi hominum reputatione metienda esse cen-  
 seo.  
 Sed quia diximus consuetudinem esse servandam, idque  
 177 passim Doctores affirmant, ut videre est per Cofciam *dist.*  
*tract. de præceden. n. 128. & segg. & per Rotam dec. 85. nu. 5.*  
*p. 5. tom. 3. recen. de Rub. quæ dicit lacram Rotam multum*  
 referre consuetudini: ad idem est optima decisio *Placenti-*  
 178 *na præcedentia 27. Junii 1633. coram Merlino, apud Rub.*  
*par. 6. rec. dec. 223. Sperell. dec. 179. ex n. 1. cum segg. ubi in-*  
 numeros citat, latè Daniel de Nobilibus *disp. 45. ubi plura*  
 adducit, & per alios quamplurimos: taliter quod *sanctæ*  
 179 *consuetudine & dispensatione Juris, potius attendatur con-*  
 suetudo quam Juris dispositio; ut per Farinac. in *posib. tom.*  
*2. decif. 118. n. 4. & 5. & prædicta Regula procedit etiam si*  
 aliquantulum jus repugnet; ut per Rotam decif. 214. n. 4. &  
 179 *14. 10. 2. p. 4. rec. de Rub. necessariè explicatione majori indi-*  
 get, nec confusa remanet materia: & idè intelligenda est  
 in aliquo casu particulari; de quo casu sufficit decennalis  
 180 possessio, ut pluribus decisionibus Rotæ probat Sperellus  
*d. dec. 179. n. 13. cum segg. non enim est inconveniens mino-*  
 rem præcedere in sedendo, & in cæteris postponi: Sperel-  
 lus *decif. 76. num. 17.* & in aliquo casu particulari, loco, vel  
 actu;

actu; est decisio Ludovici 310. in *Additione, numer. 10. latè*  
*Cofcia cum pluribus d. tract. de præceden. n. 24. cum segg. ju-*  
 181 *staque & rationabilis causa debet dari, ut in Auditore Ro-*  
*tæ, qui simul est Patriarcha; qui ratione illius qualitatis*  
*cæteros præcedit: ut per Ludovici. dec. 310. num. 6. & Ad-*  
*dentales ad ipsum dec. 124. nu. 4. vers. Sed hæc opinio: docet*  
*Sperellus num. 36. Unde melior & securior regula ad men-*  
 182 *dendam præcedentiam, est illa, quæ regulatur à consue-*  
*tudine & possessione: Rota dec. 52. n. 6. post tract. Posthii*  
*juncta dec. 73. n. 1. & dec. 229. n. 1. & 6. etiam jus resistit, quia*  
*minus dignus præferatur dec. 29. n. 2. dec. 32. n. 7. & dec. 33.*  
*n. 5. & dec. 594. n. 3. junctis his quæ congerit idem Posthii*  
*observatio 44. n. 3.*  
 183 Unde dissidentes opiniones Doctorem, & decisiones  
 contrarie, in hac materia reperitur, videlicet con-  
 184 suetudine posse præscribi ut minus dignus præcedat, etiam  
 si jus resistat, de qua per Setaph. *decif. 1445. n. 3. & in alia*  
*Toletana administratio, 25. Junii 1618. coram Vbaldo,*  
 184 *intelligenda sunt quando subest iusta & rationabilis cau-*  
 sa, veluti ratio Dignitatis vel Officii. Secus autem quan-  
 do ratione tantum nuda consuetudinis, veluti si Laicus vel-  
 185 let præcedere Clericum, quæ irrationalis est; ut per Lu-  
 dovicium *dec. 310. num. 4. & 5. ubi Additio num. 8. & 9. quo*  
 pacto intelligenda Rota in *d. dec. 85. ex n. 5. cum segg. par. 5.*  
*tom. 3. recen. de Rub. unde majorem & digniorem præcede-*  
 186 *re debent minores, divino, naturali humanoque jure cau-*  
 tum habemus: de jure divino est text. in *cap. Ad hoc, 89.*  
*distin. de jure naturali text. in c. Est ordo, 33. q. 5. de jure*  
*Canonico text. in cap. Cum olim 6. de consuet. denique est text.*  
*in l. Vt gradatim 1. ff. de muner. & honor. & toto tit. Cod. ut*  
*dignitas ordo servetur lib. 10. Unde dissidentes opiniones*  
 187 *compositi Rota ex n. 26. usque ad finem, quam omnino vi-*  
 deas. Et eodem pacto eos concordat Franciscus Tondutius  
 de Sanleg. in *quest. & resol. benef. cap. 8. 1. num. fin. dicens;*  
 186 *præcedentiam consuetudine posse præscribi iusta subsisten-*  
 tia causa, & in aliquo casu particulari; cæterum in omni-  
 bus actibus, & absque rationabili causa, irrationalem esse  
 187 vel non valere.  
 Sed tamen consuetudo hæc quod minor præcedat ma-  
 188 jorem quomodo sit probanda ad verus majorem? non satis  
 disputant DD. quare ut valeat hæc consuetudo septem re-  
 quiruntur, sine quibus non habet vim aut virtutem ali-  
 quam: ut per Menoch. *conf. 906. ex nu. 46. & segg. juncto*  
*conf. 1007. ex num. 110. & segg. Quare vulgo dici solet, pro-*  
 188 *bationem consuetudinis esse multum difficilem: ut per Rot.*  
*dec. 112. num. 6. in fine, juncto Cofcia d. tract. de præceden.*  
*n. 87. & segg. ut ergo valeat, Primo requiritur eam introdu-*  
 ci ab habente potestatem. Secundo, voluntas eorum qui  
 eam inducunt, quæ tantum reperitur quando actus gesti  
 sunt animo eam inducendi, secundum textum in *cap. Con-*  
 189 *suetudo, 1. distin. nec sufficit quod evenit casus, sed pro-*  
 bati debet tali animo ad fuisse possessionem. Tertio requi-  
 ritur probati debere non solum quod factum fuit, sed quod  
 dum voluit aliud fieri, non potuit. Quarto requiritur mo-  
 dus & forma, idest scientia & patientia Principis, contra-  
 cibus legem præterituri consuetudo, sine cuius consensu,  
 nec lex, nec statutum fieri possunt. Quinto tandem scien-  
 tia & patientia eorum qui ex tali consuetudine lædi pos-  
 190 sunt: ut latissimè disputat pluribus relatis Cofcia *d. tract.*  
*de præceden. ex num. 93. usque ad 129. taliter ut ad ipsum re-*  
 currere sufficiat.  
 Quare supposita præcedentia quisquis illam habuerit,  
 189 actus unius speciei suffragantur, quoad omnes habentes  
 universalem uniformitatem: ut per Posthii *observat. 53. nu.*  
*152. quasi secus sit quoad alios actus: Rota decif. 648. num.*  
*6. in qua materia valet argumentum à simili, & deducitur*  
 ex eo argumentum præcedentia: ut per Rotam decif. 214. n. 5.  
 190 *p. 4. tom. 2. recen. de Rub. & de majori ad minus Svelves d.*  
*conf. 41. in semic. 2. num. 32. & ex eadem ratione valet argu-*  
 191 *mentum in præcedentia de preparatione ad preparatum,*  
 saltem in compositione extrajudiciali, qualis est facultas  
 attributa componendi Processiones: de qua latè Salgado  
 de *Reg. protecl. in d. p. 2. v. 9. num. 13. & Regula si vinco vin-*  
 centem te, ex Svelves *proximè citato:* quo casu non recipit

appellationem, nec prestat præjudicium; quia est de præ-  
 paratoris ad iudicium: Salgado *supra d. num. 17.* quia decre-  
 tum hoc Episcopi ordinatum est ad sedanda scandala, non  
 tamen tollit appellationem devolutivam, & quod stetur  
 declarationi Judicis, tam in possessorio, quam in petitorio:  
 ut per Rotam *decif. 85. num. 10. & 11. part. 5. tom. 3. recen. de*  
*Rub.*  
 Et denique dignior semper debet præcedere, dum non  
 193 constat de quasi possessione contraria, nec de prioritate, vel  
 de posterioritate: latè Chassan. in *Catal. 7. par. confid. 14.*  
*26. 33. 38. 40. & par. 9. confid. 1.* Marinus Freccia *de subsen-*  
 194 *verbo quis dicatur dux: à num. 47. & pluribus videndus Sal-*  
*gado de reg. protecl. par. 2. cap. 9. num. 34. & 48. Barbof. in*  
*Collect. ad text. in cap. per tuas, de maior. & obedien. probata*  
 tamen possessione ab utraque parte, quomodo sit pro-  
 195 cendendum? vide latè Posthii *observat. 72. juncto Ferro*  
*Manrique de præceden. quest. 37. per totam:* Unum tamen  
 scite oportet, interruptio possessionis post sententiam,  
 in qua quis succubuit, non operari interruptionem: ex Ro-  
 196 *ta decif. 314. num. 3. tom. 2. par. 4. recen. de Rub. num. 3.* Nec  
 in hac materia attendenda est præcedentia Dignitatis in  
 197 Syndico, sed Ecclesie: exemplo Tribunalis cum antiquitate  
 Ministri: de quo Valenzuela *conf. 201. n. 61. ex quo*  
 enim Syndicus representat totam Communitatem, ut docet  
 197 Marinus Freccia *de subsen. lib. 3. tract. de præcedentia*  
*Baronum, num. 5. pag. 460. ex ratione quam adduxit Ferro*  
*Manrique de præceden. quest. 5. num. 37. quod Ecclesia est*  
 persona mortua, Syndicus vero persona viva. Unde ut  
 198 fiat materia præcedentia, dicas quod conceditur mem-  
 bris ad verus omnes, quos eorum Caput præcedit: Ludovici  
 199 *dec. 2. 84. nu. 4.*  
 Si autem scire desideras in quo honor consistat, & ex  
 quibus cognoscatur? consule Marinum Frecciam *lib. 3. de*  
*subsens. in tract. de præceden. inter electos & Barones, n. 18.*  
 & in ordine ad spiritualia, Salgado *d. p. 2. cap. 9. Barbof. in*  
*collect. ad text. in c. per tuas, de maior. & obedien. nu. 10. præ-*  
 cipuè Salgado *ex num. 53. ubi colligens Doctorem materiam*  
 prætractantiam adducit. Vide etiam latissimè Tam-  
 burinum de *hæc Abbatum, tom. 1. disp. 25. q. 11.*

CAPUT XXXIV.

De Dedicacione Ecclesiarum Cathedralium.

S V M M A R I V M.

*Basilicarum constructio quam antiqua, 1.*  
*Quam grata sit Deo, 2.*  
*Cathedrales Ecclesia cæteris sunt excellentiores, & in*  
*quo, 3.*  
*Ecclesia in honorem cuiuslibet Sancti eriguntur, ibid.*  
*Cathedrales in honorem B. Virginis, & SS. Apostolorum,*  
*ibid.*  
*Hæc tamen non semper observatur, 4.*  
*Cur Beatissima Virgini Cathedralis dedicari soleant, 5.*  
*Ratione Sancti, cui dedicantur, præcedunt Ecclesia,*  
*ibid.*  
*Propter gratiam particularem à B. Virgine collatam alieni*  
*Ecclesia, eidem honoris prerogativa debetur, 6.*  
*Toletana Ecclesia ea ratione primatum Hispaniarum præten-*  
*dunt, ibid.*  
*Consecrationis Ecclesia casus, 7. & segg.*  
*Damones per Consecrationem Ecclesia expelluntur, 7. 9.*  
*Admirandum Imaginis Crucifixi à Iudeis concussæ, & eorum*  
*conversio plurima, Ecclesiarumque edificatio, 8.*  
*Consecrationis causa, quædet immunitate Ecclesia, 10.*  
*Orationes in Ecclesia factæ melius à Deo exaudiantur, 11.*  
*Ibi melius laudes Deo persolvuntur, 12.*  
*Dedications seu consecrationis effectus, 13.*  
*Ecclesia consecrata facta iniuria est sacrilegium, 14.*  
*Ecclesiarum dedications principium à quo tempore, 15.*  
*Ecclesia post Constantinum crevit auctoritate & potestate,*  
*ibid.*  
*Titulus, Consecratio, & Dedicatio, quomodo distinguan-*  
*tur, 16.*  
*Titulus Ecclesia quid sit, 17.*